

supra adducta est pro secunda sententia in Quaest. praeced. — Haec sententia est satis probabilis.

Sed communior est, et probabilior videtur secunda sententia affirmans: quam tenent Laymann<sup>1</sup>, Sanchez<sup>2</sup>, Wigand<sup>3</sup>, Bonacina<sup>4</sup>, Salmant.<sup>5</sup>, Mazzotta<sup>6</sup>; Croix<sup>7</sup> cum Becano; et Lugo<sup>8</sup> cum Azor<sup>9</sup>, Reginaldo, Lopez<sup>10</sup>, Ledesma<sup>11</sup>, etc.; et probabilem putat Viva<sup>8</sup>. Ratio, quia, cum metus dederit causam contractui, ita ut alias initus non fuisset, incutiens metum

tenetur contractum rescindere; unde, sicut ille tenetur relaxare fidem injuste per talem metum extortam, ita metum passus potest fidem datam revocare. — Idque tanto magis procederet, si hic apprehendisset metum illum ut gravem, licet in se fuisset levis; quia eo casu talem metum non facile repellere poterat, sicut poterat quando novisset ut levem.

Quid autem dicendum, si metus fuerit justus vel ab intrinseco? — Vide dicenda ex n. 1046.

## DUBIUM II.

### Quae et quanta sit obligatio Sponsalium.

845. *Sponsalia obligant sub gravi. An autem obligent ad statim ineundum matrimonium.* — 846. *An iudex possit et debeat cogere nolentes ad matrimonium.* — 847. *An fornicatio sponsae vel sponsi cum alia sit specie diversa. Ficta promittens non tenetur ad nuptias, nisi copulam extorserit a virgine.* (Vide etiam dicta de Restit., Lib. III, ex n. 642). — 848. *Si quis cum duobus sponsalia contraxit et cum secunda coierit, quam ducere debeat.* — 849. *De filiis nuptias contrahentibus insciis parentibus. An tales nuptiae sint validae.* — Qu. 1. *An et qualiter peccent filii nubentes, parentibus insciis vel inconsultis. Quid, si sponsalia fuerint jurata. Quid, si sponsus post illa virginem defloraverit. An praelati teneantur has nuptias impedire. Ex quibus autem causis excusentur filii contrahentes sine consensu parentum.* — 850. *Qu. 2. An teneatur filius obedire patri praecipiente matrimonium.* — 851. *Qu. 3. An notabilis disparitas conditionis aut status inter contrahentes irritet sponsalia.* — 852. *Resiliens perdit arrhas, etc.* — Not. 1. *Quid, si mulier promittit aliquid viro ut eam ducat; et quid e converso.* — 853. *Not. 2. De poena apposita in resilientem. Qu. 1. An liceat adjudicare poenam in resilientem injuste. Qu. 2. An juste resiliens teneatur ad poenam promissam cum juramento. Qu. 3. An, soluta poena, teneatur recipiens eam restituere. Qu. 4. Quid, si relinquatur legatum puellae ut nubat cum aliquo, et illa cum alio nuptias contrahat. Qu. 5. Quid, si legatum relinquatur ut non nubat, et illa nubat.* — 854. *An liceant tactus et oscula inter sponso.*

845. — « Resp. I<sup>o</sup>. Obligant ad ineundum matrimonium sub peccato mortali ». [Ita communiter omnes; vide Salmant.<sup>9</sup>; et patet ex cap. *Ex litteris, de sponsal.* Ratio, quia, licet promissio simplex, juxta probabilem sententiam, non inducat gra-

vem obligationem; secus vero est de promissione mutua, quae perfectum constituit contractum ex utraque parte obligatorium]. « Si tamen terminus non sit praefixus, sufficit si promittens impleat, « quando a promissario requiretur vel pro-

Quando urgeat obligatio.

<sup>1</sup> Lib. 3, tr. 4, cap. 6, n. 4. — <sup>2</sup> De Matr., lib. 4, disp. 19, n. 6. — <sup>3</sup> Tr. 3, n. 19. — <sup>4</sup> Qu. 1, punct. 9, n. 6. — <sup>5</sup> Tr. 9, cap. 1, n. 60. — <sup>6</sup> Tr. 7, disp. 2, qu. 1, cap. 2, § 2, n. 2, v. f. —

<sup>7</sup> Lib. 6, part. 3, n. 105. — *Becan.*, de Sacram., cap. 43, qu. 5, n. 6. — *Regin.*, lib. 25, n. 31 et 33. — <sup>8</sup> De Matr., qu. 4, art. 3, n. 6, v. *Utraque*. — <sup>9</sup> Tr. 9, cap. 1, n. 81.

ex metu levi initus, inducere obligationem restituendi ex natura rei, etiam in foro conscientiae; negat pariter in contractibus lucrativis, ut est promissio, dari jure naturae actionem, ut is qui metum passus est, possit petere rescissionem; in onerosis vero, in quibus servata est aequalitas, negat esse locum restitutioni ex natura rei. — Medina, loc. cit., negat tantum esse invalida sponsalia sic contracta.

<sup>8</sup> Lugo, de Just. et Jure, disp. 22, n. 134

et 138, rationem dumtaxat affert qua ipse S. Alphonsus utitur, scilicet obligationem inesse ipsi cogenti ut rescindat contractum (in generali); et ita etiam Ludovicus Lopez, *Instruct. consc.*, part. 1, cap. 96, v. *Ceterum in foro conscientiae*; et Martinus Ledesma, 2<sup>a</sup> 4<sup>i</sup>, qu. 18, art. 8. Lopez tamen, de *Contract.*, lib. 1, cap. 51; lib. 2, cap. 17 et 22, v. *Profecto*; Ledesma, qu. 49, art. 3; et Azor, part. 3, lib. 4, cap. 23, qu. 5, simpliciter negant hujusmodi contractus esse validos.

« more regionis »). — Ratio prioris patet « ex natura contractus onerosi in re gravi. « Ratio posterioris est, quia id est commune omni debito. Sanchez<sup>1</sup>, Coninck<sup>2</sup> « apud Diana<sup>3</sup>. Pontius<sup>4</sup> tamen vult obligari statim post contractum ».

Contracta sine tempore praefixo:

Quaeritur igitur: *an qui sponsalia contraxit sine tempore praefixo ad matrimonium contrahendum, teneatur illud inire statim ac commode possit?*

Juxta alios, non obligant ante petitionem partis.

Prima sententia negat; et dicit tum solum teneri cum altera pars requirit. Ita Busenbaum (ut supra), Sanchez<sup>5</sup>, Navarrus<sup>6</sup>; Holzmann<sup>6</sup> cum Abbate<sup>7</sup> et Pirhing; ac Escobar<sup>7</sup> cum Paludano, Silvestro, etc.

Ratio, quia sic habetur in *l. Debitores praesentes, C. de pignor.*, ubi dicitur: *Debitores praesentes prius denuntiationibus conveniendi sunt.*

Verius obligant statim.

Secunda tamen sententia verior affirmat; et hanc tenent Pontius<sup>8</sup>, Palaus<sup>9</sup>, Concina<sup>9</sup>, Roncaglia<sup>10</sup>; et Salmant.<sup>11</sup> cum Coninck, Ledesma et Aversa. — Ratio, quia sic habetur expressum in *l. In omnibus, ff. de reg. jur.*, ubi sic dicitur: *In omnibus obligationibus in quibus dies non ponitur, praesenti die debetur.* Et in *l. Eum qui, § Quotiens, ff. de verb. oblig.*, ubi: *Quotiens... in obligationibus dies non ponitur, praesenti die pecunia debetur.* Respondetur autem ad textum oppositum, quod illud tantum statuitur pro debitoribus qui dederint pignora quae jure me-

rito non sunt distrahenda a creditoribus, nisi prius debitores moneantur.

Sed notandum quod doctores primae sententiae (ut Sanchez et alii) dicunt quod si altera pars ex oblivione, timore, verecundia vel simili causa non peteret, ut praecipue in feminis evenit, tenetur tunc sponsus de se, sine petitione, matrimonium contrahere cum commode possit. E converso, doctores secundae sententiae (ut Palaus<sup>12</sup>, et Salmant.<sup>13</sup> cum Coninck, etc.) dicunt quod si altera pars, cum possit commode petere, tacet, tunc ipsa videtur dilationi assentire. — Et sic praefatae sententiae satis conciliantur.

Quid autem, si in sponsalibus appositus sit terminus praefixus ad nuptias ineundas? — Vide dicenda n. 867.

« Unde resolves:

846. — « 1<sup>o</sup>. Resiliens cogi potest ad « matrimonium, etiam a iudice per censuras: quod tamen raro expedit, ob periculum infelicis exitus ».

Nulli dubium (ut diximus) quod in foro conscientiae nolens implere sponsalia sine justa causa, graviter peccaret.

Dubium est: *an iudex possit nolentem cogere?* — Alii affirmant. Alii negant, nisi promissio juramento firmata fuerit. Alii negant, etiamsi adfuerit juramentum. — Et has sententias omnes probabiles putant Salmant.<sup>14</sup>

Attamen verius et communiter dicunt Palaus<sup>15</sup>, Concina<sup>16</sup>, Tamburinius<sup>17</sup>,

Conciliantur ambae opiniones.

Nolens implere sponsalia, graviter peccat.

Quid de iudicis coactione.

<sup>1</sup> De Matr., lib. 1, disp. 28, n. 2. — <sup>2</sup> Disp. 22, n. 2. — <sup>3</sup> Part. 3, tr. 4, resol. 245. — <sup>4</sup> Lib. 12, cap. 6, num. 1. — <sup>5</sup> Loc. cit., n. 2. — <sup>6</sup> De Matr., n. 177. — *Pirhing*, lib. 4, tit. 1, n. 16. — <sup>7</sup> Lib. 24, n. 178 et 179. — *Palud.*, in 4, dist. 88, qu. 3, art. 2, concl. 2 (n. 14). — *Silvest.*, v. *Volunt II*, qu. 3, v. f. — <sup>8</sup> Lib. 12, cap. 6, n. 1. — <sup>9</sup> De Matr.,

diss. 2, cap. 1, n. 26. — <sup>10</sup> De Sponsal., cap. 2, qu. 2, resp. 2. — <sup>11</sup> Tr. 9, cap. 1, n. 85. — *Coninck*, disp. 22, n. 2. — *Barthol. Ledesma*, de Matr., diff. 13, init. — *Aversa*, qu. 8, sect. 8, v. *Quarto*. — *Sanch.*, lib. 1, disp. 28, num. 2. — <sup>12</sup> Tr. 28, disp. 1, punct. 7, n. 2. — <sup>13</sup> Loc. cit., n. 85. — *Coninck*, loc. cit., n. 2. — <sup>14</sup> Tr. 9, cap. 1, n. 88.

845. — <sup>a</sup>) Sanchez et Coninck non loquuntur de more regionis; imo Coninck solum dicit obligari, data proxima opportunitate: quod admittit Sanchez, casu quo alter non petit ex oblivione vel metu.

<sup>b</sup>) Navarrus, *Man.*, cap. 17, n. 79, id dicit generaliter de quocumque debitore.

<sup>c</sup>) Abbas, in *cap. fin. de praescript.*, n. 19, id generaliter dicit de actionibus personalibus: « Non pecco, inquit, nisi petas, nisi saltem intervenerit juramentum ».

<sup>d</sup>) Palaus, *tr. 28, disp. 1, punct. 7, n. 2*, perspicue insinuat hanc secundam sententiam, inquiens: « Verius crederem te esse

obligatum implere sponsalia, quibus nullus terminus praefixus est, ab eo die quo ea contraxisti ».

— 846. — <sup>a</sup>) Palaus, loc. cit., punct. 8, n. 2, non facit hanc distinctionem.

<sup>b</sup>) Concina, de Matr., diss. 2, cap. 1, n. 27, dicit utique iudicem cogere posse, id tamen in praxi non expedire; et iudicem abstinere debere si timeantur rixae, etc. — Tamburinius, de Matr., tr. 3, cap. 1, § 1, n. 10 et 11, sententiae hic expositae adhaeret, cum hac tamen moderatione, ne iudex unquam pertinaciter insistat, ut finaliter compellat, quando videtur alterum nimis resistentem.

Holzmann<sup>1</sup>, Pontius<sup>2</sup>; Salmant.<sup>3</sup> cum Coninck, Becano, Dicastillo, etc.; et Sanchez<sup>4</sup> cum S. Bonaventura<sup>c)</sup>, S. Antonino, Navarro<sup>e)</sup>, Paludano<sup>e)</sup> et aliis innumeris, quod si ex tali matrimonio timeatur rixae aut scandala, non debet iudex ad illud ineundum cogere partem invitam; secus, si scandala non timeantur. Et ita habetur expressum in cap. *Ex litteris 10, de sponsal.*, ubi dicitur: *Ecclesiastica censura compellas..., nisi rationabilis causa obstiterit.* Et sic censuit S. Congregatio abstinendum a coactione, suffragante aliqua probabili causa; secus vero sanxit alias; ut refert Pater Zaccaria apud Croix<sup>5</sup>. — Recte autem advertunt Busenbaum et Tamburinius<sup>d)</sup>, raro expedire ut partes ad tale matrimonium cogantur; huicque consentit Pater Concina, dicens semper minus malum esse, ut pars innocens ab huiusmodi matrimonio absteat.

Item recte advertit Tamburinius quod si pars renitens fuerit excommunicata, et persistat, iudex debet eam absolvi<sup>e)</sup>, quia tunc non speratur profectus; et contra, si tale matrimonium contraheretur, prudenter malus exitus timendus esset. — Notant etiam Salmant.<sup>6</sup> cum Sanchez, Pontio, Palao, etc., quod si constet de sponsalibus, tam iudex ecclesiasticus quam

saecularis habent jus cogendi sponsos ad matrimonium.

« 2<sup>o</sup>. Si iudex secundum allegata et « probata cogat ad matrimonium, licet a « parte rei revera coactio sit injusta, va- « let matrimonium. — Sanchez et Mar- « tinus Perez contra Texeda, apud Dia- « na<sup>7</sup> ».

847. - « 3<sup>o</sup>. Fornicatio sponsae est cir- « cumstantia in confessione exprimenda; « quia mutat speciem, et constituit inju- « stitiam: quae in sponsa gravis est, ideo- « que mortalis habetur, ut si quis rem « alteri promissam notabiliter corrumpat. « Quod tamen sponsus non censetur facere « fornicando, cum in viro fornicatio non « tanti aestimetur, nisi aliud accedat. — « Sanchez<sup>8</sup>, Coninck<sup>a)</sup>, Fagundez, Filiuc- « cius, etc. probabiliter; contra Laymann<sup>b)</sup>, « Azor<sup>b)</sup>, etc. Vide Lugo<sup>9</sup> ».

Circa hanc Quaestionem adest triplex sententia probabilis:

*Prima* dicit quod fornicatio tam sponsae quam sponsi induit malitiam specie diversam. Et ita tenent Palaus<sup>10</sup>, Laymann<sup>b)</sup>, Holzmann<sup>11</sup>; Azor<sup>b)</sup>, apud Filiuccium<sup>12</sup>; et Salmant.<sup>13</sup> cum Coninck, Dicastillo et aliis. — Quia ex parte utriusque injuria irrogatur juri quod unus acquisivit ad rem sive ad corpus alterius.

n. 6. — *Sanch.*, lib. 4, disp. 13, n. 8. — *Mart. Perez*, de Matr., disp. 17, sect. 16, n. 5. — *Franc. Lopez de Texeda*, Theol. mor., tom. 2, lib. 4, tr. 1, contr. 10, num. 41. — *Part. 9*, tr. 8, resol. 26. — *Lib. 1*, disp. 2, n. 6 et 7. — *Fagund.*, de 2<sup>o</sup> praec. Eccles., lib. 4, cap. 3, a num. 20. — *Fili.*, tr. 10, part. 1, cap. 7, n. 233; cfr. tr. 30, cap. 2, n. 53. — *De Sacr. Poenit.*, disp. 16, a n. 176. — *Tr. 28*, disp. 1, punct. 7, num. 5 et 6. — *De Matr.*, num. 184. — *Tr. 30*, cap. 2, num. 53. — *Tr. 9*, cap. 1, num. 11. — *Coninck*, disp. 22, n. 6. — *Dicast.*, de Matr., disp. 1, dub. 46, n. 662 et 663.

<sup>1</sup> De Matr., n. 178. — <sup>2</sup> Lib. 12, cap. 6, n. 2 et 5. — <sup>3</sup> Tr. 9, cap. 1, n. 89. — *Coninck*, disp. 22, dub. 2, a n. 6. — *Becan.*, de Sacram., cap. 43, qu. 15, n. 4 et 5. — *Dicast.*, de Matr., disp. 1, dub. 25, n. 357. — <sup>4</sup> Lib. 1, disp. 29, n. 4. — *S. Anton.*, part. 3, tit. 1, cap. 18, i. f. — <sup>5</sup> Lib. 6, part. 3, num. 62. Cfr. Thesaur. Resol. S. C. C. in *Gallipolitana* Sponsal., die 28 Februar. 1733, et *Bononien.* Sponsalium, die 26 Mart. 1735, ubi haec habentur. — *Concina*, de Matr., diss. 2, cap. 1, n. 27. — *Tambur.*, de Matr., tr. 3, cap. 1, § 1, n. 11. — <sup>6</sup> Loc. cit., n. 92. — *Sanch.*, loc. cit., n. 9. — *Pont.*, loc. cit., n. 5, i. f. — *Palaus*, tr. 28, disp. 1, punct. 8,

<sup>c)</sup> S. Bonaventura, in 4, dist. 29, qu. 3; Navarrus, Consil. 2, de despons. impub.; Paludanus, in 4, dist. 27, qu. 1, art. 2, concl. 3, Tertius effectus (num. 14); et qu. 2, art. 5, concl. 5 (num. 34), dumtaxat asserunt renitentem posse a iudice compelli ad matrimonium.

<sup>d)</sup> Vide notam b hic supra.

<sup>e)</sup> Tamburinius addit: Etiam non petentem.

847. - <sup>a)</sup> Coninck non satis accurate citatur a Busenbaum; quamvis enim, disp. 22, n. 6, dicat hanc opinionem probabilem esse; attamen probabilis existimat « fornicationem sponsi continere etiam malitiam mortalem in

ratione injuriae, etsi minorem quam sit in fornicatione sponsae ».

<sup>b)</sup> Laymann, lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 1, n. 6, ait esse probabilis quod fornicatio sponsae continet gravem injuriam, addit tamen: « Nihilominus in praxi probabile ac tutum videri potest talem circumstantiam sponsaliorum reticere posse, si fornicatio occulta mansura sit...; quia injuria, licet aliqua sit, non tamen tam gravis videri alicui potest, praesertim si sponsus cum altera fornicetur, ut ad mortale crimen adversus justitiam pertingat ». — *Azor*, part. 3, lib. 3, cap. 4, qu. 6, ex Covarruvias dicit fornicationem cum alterius sponsa de futuro esse simplicem fornicationem;

Probabiliter solius sponsae fornicatio.

Probabiliter neutrius fornicatio est injustitia.

Fornicatio sponsorum.

Fornicatio utriusque probabiliter est specie diversa.

Simulante promittens per se non tenetur ad nuptias.

Quandoque per accidens tenetur.

*Secunda* dicit quod peccat specie diversa tantum sponsa; non autem sponsus, qui fornicando levem injuriam videtur afferre sponsae<sup>c)</sup>. — Ita Sanchez<sup>1</sup>, Bonacina<sup>2</sup>; item Filiuccius et alii, apud Salmant.<sup>3</sup>.

*Tertia* demum sententia, adhuc satis probabilis, quam tenent Pontius<sup>4</sup>; et Trullench, Covarruvias, Diana ac Vivaldus<sup>d)</sup>, apud Salmant.<sup>5</sup> (et probabilem putant Sanchez<sup>e)</sup>, Laymann<sup>b)</sup>; Lugo<sup>6</sup> cum Ledesma et Megalio<sup>f)</sup>; Salmant.<sup>7</sup> ac Elbel<sup>8)</sup>, dicit neutrum fornicando committere injustitiam; quia neuter sponsorum jus acquisivit in corpus alterius, cum neuter adhuc corpus suum tradiderit. — Id igitur currit tam pro sponso quam pro sponsa. Si enim haec committeret injustitiam fornicando, non posset deinde matrimonium cum sponso contrahere, nisi manifestaret vitium occultum sui corporis; quia tunc adesset inaequalitas: sed ad hoc non tenetur, ut ait Pontius<sup>9)</sup> cum aliis (vide dicenda n. 863, ad 2<sup>o</sup>). Ergo non adest inaequalitas, et per consequens non committit injustitiam.

« 4<sup>o</sup>. Qui simulato animo promisit, per « se loquendo, non obligatur ad nuptias, « tametsi damnum creatum debeat resar- « cire. — Dixi: *per se*; quia si, facta pro- « missione, puellam induxit ad copulam, « tenetur illam ducere. Bonacina<sup>9</sup>. Ubi « excipit si puella esset longae inferioris

<sup>1</sup> Lib. 1, disp. 2, n. 6. — <sup>2</sup> De Matr., qu. 1, punct. 10, n. 13. — *Fili.*, tr. 10, part. 1, cap. 7, n. 233. — <sup>3</sup> Tr. 9, cap. 1, n. 9. — <sup>4</sup> Lib. 12, cap. 6, num. 8. — *Trull.*, lib. 7, cap. 1, dub. 1, n. 8. — *Covarr.*, de Sponsalib., part. 1, cap. 1, n. 18. — *Diana*, part. 1, tr. 7, resol. 5. — <sup>5</sup> Loc. cit., n. 7. — <sup>6</sup> De Poenit., disp. 16, n. 176. — *Petr. Ledesma*, de Matr., qu. 43, art. 1, dub. ult., concl. — <sup>7</sup> Tr. 9, cap. 1, n. 7. — <sup>8</sup> De Matr., n. 59, i. f. — <sup>9</sup> De Matr., qu. 1, punct. 2, n. 4. — <sup>10</sup> De Matr., qu. 1, punct. 2, n. 7 et seqq. — *Vasq.*, de Matr.,

« conditionis (v. g. quoad nobilitatem vel « divitias): tunc enim non teneri ducere « (v. g. virum nobilem filiam agricolae), « praesertim si illa fuerit conscia disparis « status seu conditionis; eo quod tum de- « cipi potius voluerit quam decepta sit: « unde nec teneri eo casu illam dotare. « Secus tamen, si ipsa inaequalitatem sta- « tus ignorarit; aut si ipse non ficte, sed « ex animo matrimonium promiserit. — « Ita Bonacina<sup>10</sup> ex Vasquez; Molina<sup>11</sup>, « Sanchez<sup>12</sup>. Vide Lessium<sup>13</sup>, Laymann<sup>14</sup> « et Martinus Perez<sup>15</sup> ».

De omnibus his vide ea quae fuse notavimus de *Restitut.*, Lib. III, ex n. 642.

848. - « 5<sup>o</sup>. Sponsalia posteriora contra « priorem fidem inita, tametsi jurata sint « aut copula etiam accesserit, sunt inva- « lida. Sanchez et Villalobos. Contrarium « tamen tenent Coninck<sup>a)</sup> et Pontius<sup>a)</sup> « cum Diana<sup>a)</sup>. — Matrimonium tamen « post sponsalia contractum cum altera « est validum, licet injustum. Bonacina<sup>16</sup>, « Laymann<sup>17</sup> ».

Certum est quod si secunda sponsa fuerit conscia priorum sponsalium, matrimonium cum prima debet contrahi; quia tunc secunda non fuit decepta, sed ipsa voluit decipi. — Ita communiter Bossius<sup>18</sup>, Salmant.<sup>19</sup>, Viva<sup>20</sup>, Holzmann<sup>21</sup> et alii passim.

Dubium est, *si illa fuerit ignara.*

*Prima* sententia dicit sponsum teneri contrahere cum secunda, si cum hac co-

disp. 6, cap. 5. — <sup>11</sup> De Just. et Jure, tract. 3, disp. 106, n. 4. — <sup>12</sup> De Matr., lib. 1, disp. 10, a n. 4. — <sup>13</sup> Lib. 2, cap. 10, dub. 3. — <sup>14</sup> Lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 1, n. 10. — <sup>15</sup> Disp. 2, sect. 4. — *Sanch.*, lib. 1, disp. 49, n. 1 et 5; et disp. 50, num. 2. — *Villal.*, part. 1, tract. 12, diff. 12, n. 12. — <sup>16</sup> Punct. 5, n. 18; et punct. 7, n. 1. — <sup>17</sup> Loc. cit., num. 5. — <sup>18</sup> De Matr. Contractu, cap. 3, num. 90. — <sup>19</sup> Tr. 9, cap. 2, n. 42. — <sup>20</sup> Qu. 2, art. 5, n. 3. — <sup>21</sup> De Matr., num. 217.

Sponsalia posteriora contra priorem fidem, invalida.

Matrimonium cum prima contrahendum, si secunda conscia fuit.

tionem; sed addit alios oppositum « satis probabilis » sentire.

<sup>c)</sup> Seu rectius: Diversam esse speciem in utroque; sed in sponsa gravem, in sponso autem levem dumtaxat.

<sup>d)</sup> Vivaldus, *Candelabr. aur.*, de Sponsal., cap. 1, n. 9 et 10, negat fornicationem cum alterius sponsa de futuro, esse adulterium, proindeque negat circumstantiam istam esse necessario confitentiam.

<sup>e)</sup> Sanchez, de Matr., lib. 1, disp. 2, n. 4, adducit Ledesmam, qui putat eam opinionem esse probabilem.

<sup>f)</sup> Megalio, part. 1, lib. 5, cap. 11, n. 9, loquitur de sponsa, et tenet simpliciter peccatum istud non esse nisi fornicationem; ratio autem quam adducit valet tam pro sponso quam pro sponsa.

<sup>g)</sup> Pontius, lib. 12, cap. 18, num. 5 et 6, id habet de quacumque muliere quae ante sponsalia corrupta fuisset.

848. - <sup>a)</sup> Coninck, disp. 23, dub. 4, n. 34; Pontius, lib. 12, cap. 14, n. 1, 2 et 4, dicunt priora sponsalia dissolvi, et sponsum teneri ad ducendam secundam, si copula secundis sponsalibus accesserit; si vero secunda spon-

Nubendum juxta alios, cum ignara priorum, si copula accessit.

pulam habuit. Ita Palau<sup>1</sup>, Viva<sup>2</sup>; Pontius<sup>3</sup> cum Majore<sup>4</sup>; Bossius<sup>4</sup> cum Diana<sup>5</sup>; et Salmant.<sup>5</sup> cum Coninck, Rebello et Leandro. — Ratio: tum quia ex cap. *Is qui fidem, de sponsal.*, olim per copulam animo maritali factam sponsalia transibant in matrimonium. Et licet hoc matrimonium hodie ex jure novo Tridentini<sup>6</sup> non amplius subsistat; tamen textus ille bene fundat jus in re, quod acquiritur a secunda sponsa per corporis traditionem, quae olim matrimonium constituerebat. Tum quia, quando unus agit de lucro acquirendo, et alter de damno vitando, huic potius favendum est quam primo.

Probabilius cum prima nubendum, etsi copula cum secunda adfuit.

*Secunda* vero sententia, communior et probabilior, dicit sponsum teneri contrahere cum prima, etiamsi adfuerit copula cum secunda. Ita Sanchez<sup>7</sup> cum Ledesma, Henriquez, Manuele<sup>8</sup> et Lopez; item Navarrus<sup>8</sup>, Bonacina<sup>9</sup>, Roncaglia<sup>10</sup>; Elbel<sup>11</sup> cum communi, ut asserit<sup>12</sup>; Escobar<sup>12</sup>; Laymann<sup>13</sup> cum Soto et Rodriguez<sup>13</sup>; Holzmann<sup>14</sup> cum Mastrio et Anacleto; ac Croix<sup>15</sup> cum Hurtado et Aversa. — Ratio, quia promissio facta secundae sponsae semper est nulla, utpote de re illicita; cum fuerit priori sponsae promissa, nec injuria aëllata alteri jus huic admittit. — Et hoc, etiamsi secunda promissio fuerit juramento firmata; ut dicunt Holzmann<sup>16</sup>, Sanchez<sup>17</sup>, Escobar<sup>18</sup>, Laymann<sup>19</sup> et alii.

<sup>1</sup> Tr. 28, disp. 1, punct. 22, n. 6. — <sup>2</sup> Qu. 2, art. 5, n. 3. — <sup>3</sup> Lib. 12, cap. 14, n. 4. — <sup>4</sup> De Matr. Contractu, cap. 3, num. 90. — <sup>5</sup> Tr. 9, cap. 2, num. 44. — *Coninck*, disp. 23, dub. 4, n. 84. — *Rebell.*, part. 2, lib. 4, qu. 8, n. 56. — *Leand.*, tr. 9, disp. 2, qu. 18. — <sup>6</sup> Sess. 24, de reform. Matr., cap. 1. — <sup>7</sup> Lib. 1, disp. 49, num. 1 et 5. — *Barthol. Ledesma*, de Matr., diff. 13, init. — *Henriq.*, lib. 11, cap. 13, n. 3. — *Ludov. Lopez*, Instruct. nov., part. 2, de Matr., cap. 38, v. *Circa hunc casum*. — <sup>8</sup> Man., cap. 22, n. 26. — *Tertio*. — <sup>9</sup> Punct. 5, n. 7, 9 et 10. — <sup>10</sup> De Sponsal., cap. 3, qu. 6, resp. 2. — <sup>11</sup> De Matr., n. 19. — <sup>12</sup> Lib. 24, n. 245. — <sup>13</sup> Lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 1, n. 5. — *Sotus*, in 4, dist. 27, qu. 2, art. 4, dub. 3. — <sup>14</sup> De Matr., p. 217. — *Mastr.*, in 4, disp. 7, n. 314. — *Anacl.*, Jus canon., lib. 4, tit. 4, n. 7. — <sup>15</sup> Lib. 6, part. 3,

quia juramentum non potest esse vinculum iniquitatis.

Nec obstat prima ratio sententiae oppositae. Nam textus ille (ut recte dicunt Navarrus<sup>20</sup>; Sanchez<sup>21</sup> cum Soto et Ledesma) intelligendus est loqui de copula affectu maritali habita; non autem de habita affectu fornicario, ut esset in nostro casu. — Neque valet secunda ratio. Nam hic revera non agitur de contractu lucrativo, sed potius oneroso; cum sit ultro citroque obligatorius.

Dicunt tamen Sporer<sup>22</sup>, Sanchez<sup>23</sup>, Elbel<sup>24</sup>; et Bonacina<sup>25</sup> cum Reginaldo ac Molfesio; ac Croix<sup>26</sup> cum Aversa; et Roncaglia<sup>27</sup>, quod ex aequitate tenetur prima sponsa cedere juri suo, si altera ex defloratione grave damnum pateretur; quia caritas obligat ad leve nocumentum patiendum, ne proximus gravissimum subeat. Unde ajunt Henriquez apud Sanchez<sup>28</sup>, et Croix cum aliis, quod judex eo casu bene potest cogere sponsum ad ducendam secundam. — Sed non improbabilius Holzmann<sup>29</sup> cum Anacleto<sup>30</sup>, Gutierrez et Pichler sentiunt ad hoc illam non teneri; quia secunda debet suo crimini imputare quod tale damnum patiatur.

849. — « 6°. Liberi, qui parentibus insciis « contraxerunt sponsalia, etiam cum iis « qui imparis sunt conditionis, v. gr. nobilis cum ignobili, licet peccarint, tamen

Liberi contrahentes sponsalia insciis parentibus, obligantur.

n. 74. — *Gasp. Hurtad.*, disp. 2, diff. 8, n. 30. — *Aversa*, qu. 8, sect. 13, v. *Sexto*. — <sup>20</sup> De Matr., n. 216. — <sup>21</sup> Lib. 1, disp. 50, n. 2. — <sup>22</sup> Lib. 24, n. 248. — <sup>23</sup> Lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 1, n. 5. — <sup>24</sup> Loc. cit. — <sup>25</sup> Lib. 1, disp. 49, n. 1. — *Sotus*, in 4, dist. 27, qu. 2, art. 4, dub. 3. — *Mart. Ledesma*, 2<sup>a</sup> 4<sup>a</sup>, qu. 48, art. 2. — <sup>26</sup> Part. 4, cap. 1, n. 268. — <sup>27</sup> Loc. cit., disp. 49, n. 6. — <sup>28</sup> De Matr., n. 19. — <sup>29</sup> Qu. 1, punct. 5, n. 8. — *Regin.*, lib. 31, n. 260. — *Molfes.*, Sum., part. 1, tr. 4, cap. 5, n. 55. — <sup>30</sup> Lib. 6, part. 3, n. 74. — *Aversa*, qu. 8, sect. 13, v. *Sexto*. — <sup>31</sup> De Sponsal., cap. 3, qu. 6, resp. 2. — *Henriq.*, lib. 11, cap. 13, n. 3, lit. f. — <sup>32</sup> Lib. 1, disp. 49, n. 6. — *Croix*, loc. cit., num. 74. — <sup>33</sup> De Matr., n. 217, v. *Dixi*. — *Gutierr.*, de Matr., cap. 27, n. 7. — *Pichler*, Jus can., lib. 4, tit. 4, n. 3.

salia juramento tantum firmata sint, ea nulla esse. — Diana autem, *part. 3, tr. 4, resol. 210*, loquitur dumtaxat de sponsalibus quibus copula accesserit, et adhaeret sententiae Pontii; sed opinionem contrariam adhuc probabilem existimat.

<sup>b</sup>) Major, *in 4, dist. 27, qu. 5, concl. 2, cas. 2*; Diana, *loc. cit., resol. 210, v. f.*, absolute loquuntur, et praetermittunt circumstantiam ignorantiae. — Ita etiam in secunda

sententia Sanchez, Navarrus, Laymann, Sotus, Barthol. Ledesma.

<sup>c</sup>) Emmanuel Rodriguez, *Sum., part. 1, cap. 243, n. 9*, loquitur de secundis sponsalibus cum juramento initis; unde non citatur bene a Laymann neque a Sanchez.

<sup>d</sup>) Elbel utique concordat; sed *n. 17*, ubi asserit communem esse sententiam, loquitur de secundis sponsalibus juratis.

<sup>e</sup>) Anacleto, *loc. cit., n. 8*, negat profecto

« obligantur; nec a parentibus possunt « impediri quominus servent fidem datam. « Laymann<sup>1</sup> ex S. Thoma, etc.: — nisi « scandalum magnum ex matrimonio timeatur. Diana<sup>2</sup> ex Molina<sup>3</sup>, Sanchez, etc. ».

Certum est matrimonia filiorumfamilias contracta sine consensu parentum esse valida; contra Lutherum, Bucerum et Erasmus (apud Bellarminum<sup>4</sup>), qui invalida asserebant. Id patet ex Tridentino<sup>4</sup>, ubi sic dicitur: *Quisque falso affirmant matrimonia a filiisfamilias sine consensu parentum contracta, irrita esse et parentes ea rata vel irrita facere posse*. — Unde non satis videtur probabilis opinio Pontii<sup>5</sup> et Tournely<sup>6</sup>, quod olim hujusmodi matrimonia sine consensu parentum inita, erant invalida: nam obstat communis sententia omnium scholasticorum (ut ipse Pontius fatetur), et videtur certum esse ex praefato textu concilii.

Item, sponsalia.

Ex hoc inferunt Laymann<sup>7</sup>, Sporer<sup>8</sup>; et Holzmann<sup>9</sup> cum Anacleto et aliis communiter, quod, sicut tale matrimonium est validum, ita et sponsalia. Nec officere ait Holzmann textum in *leg. 7, ff. de sponsal.*, ubi ad valorem sponsaliorum videtur requiri consensus parentum; pari modo ac requiritur in matrimonium, juxta leg. *Si*

<sup>1</sup> Lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 1, n. 14, m. — *D. Thom.*, 2<sup>a</sup> 2<sup>a</sup>, qu. 104, art. 5; et in 4, dist. 29, art. 4. — <sup>2</sup> Part. 9, tr. 7, resol. 71. — *Sanct.*, lib. 1, disp. 14, n. 2 et 3. — <sup>3</sup> De Matr., lib. 1, cap. 19. — <sup>4</sup> Sess. 24, de reform. Matr., cap. 1. — <sup>5</sup> Lib. 2, cap. 1, n. 5. — <sup>6</sup> Praelect., de Matr., qu. 6, art. 3, concl. 1. — *Pont.*, loc. cit. — <sup>7</sup> Lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 1, n. 14. — <sup>8</sup> Part. 4, cap. 1, n. 202. — <sup>9</sup> De Matr., n. 167. — *Anacl.*, Jus can., lib. 4, tit. 1, n. 23. — *Holam.*, loc. cit., n. 168. — <sup>10</sup> De Matr., lib. 2, cap. 1, n. 26 (*al.*, 27). — <sup>11</sup> De Just., tr. 2, disp. 176, a n. 21. — <sup>12</sup> In Suppl., qu. 47, art. 6, concl. 4. — <sup>13</sup> Man., cap. 14, n. 15. — <sup>14</sup> De Matr., cap. 9, qu. 4, v. *Imo*. — <sup>15</sup> De Matr., sect. 3, n. 3. — <sup>16</sup> Tr. 10, de 4<sup>o</sup> Praec., cap. 1, qu. 3, v. *Tertio*. — <sup>17</sup> De Matr., diss. 2, cap. 3, n. 4. — *Albert. Magn.*, in 4, dist. 28, art. 4, resp. ad 7. — *Estius*, in 4, dist. 28, § 2. — *Merbes.*,

*ut proponis 7, C. de nupt.* Respondet enim quod lex, tametsi prohibeat hujusmodi sponsalia, non tamen illa invalidat.

Haec quoad validitatem; sed

Quaeritur 1<sup>o</sup>. *An, et quando, et qualiter peccent filiifamilias, nuptias contrahentes sine consensu parentum?* — Quatuor ad sunt sententiae:

*Prima*, et quidem communior, docet universe eos peccare lethaliiter, si matrimonium ineant, parentibus sine consultis, sive invitis<sup>1</sup>. — Ita Pontius<sup>10</sup>, Molina<sup>11</sup>, Silvius<sup>12</sup>, Navarrus<sup>13</sup>, Petrocorensis<sup>14</sup>, Abelly<sup>15</sup>, Roncaglia<sup>16</sup>, Concina<sup>17</sup>. Et pro hac sententia fusam edidit dissertationem Illustriss. D. Franciscus Muscettula, episcopus Rossanensis, cui novissime doctas addidit adnotationes eruditissimus canonicus Neapolitanus Alexius Mazochius, ubi citantur pro eadem sententia Albertus Magnus, Estius, Merbesius, Megalius, Fagundez, Naldus, Turrecremata, Bellarminus, Amicus, Mastrius, Martinon, Leander<sup>18</sup>, Marchant, Vidal, Platel, Ysambert, Genettus, Natalis Alexander, Juenin, Cabassutius et alii. — Sed notandum quod ex his plures (ut observavi), prout Bellarminus, Albertus Magnus, Estius, Turrecremata, Juenin et Cabassutius, dicunt quidem haec matrimonia esse illicita (quod revera omnes

Liberi nubentes, parentibus insciis vel invitis, lethaliiter peccant, juxta communior.

Sum. christ., de Matr., diss. 7, qu. 17. — *Megal.*, 1<sup>a</sup> 2<sup>a</sup>, lib. 2, cap. 23, n. 52 et seqq. — *Fagund.*, in Decal., lib. 4, cap. 4, n. 4. — *Nald.*, Sum., v. *Filius*, n. 6. — *Turrecr.*, in can. *Aliter*, caus. 30, qu. 5. — *Bellarmin.*, de Matr., lib. 1, cap. 19, propos. 3. — *Amic.*, tom. 9, disp. 4, n. 8, i. f. — *Mastr.*, Theol. mor., disp. 20, qu. 2, n. 48, v. *Tertium*. — *Joan. Martinon*, de Sacram., disp. 71, sect. 9, num. 107. — *Petrus Marchant*, Tribunal., tom. 2, tr. 5, tit. 2, qu. 4, concl. 4. — *Vidal*, Arca salutar., de Just. et Jure, inquisit. 2, n. 5. — *Platel*, Cursus, de reliq. Sacram. in specie, cap. 3, § 5, n. 614. — *Ysamb.*, de Matr., disp. 7, art. 10, prop. 2. — *Genet.*, tr. 9, de Matr., cap. 8, qu. 1. — *Natal. Alex.*, de Matr., cap. 2, art. 3, prop. 3. — *Juenin*, de Sacram., diss. 10, qu. 5, cap. 3. — *Cabass.*, Theoria et Prax. juris, lib. 3, cap. 26, n. 4 et 5.

ad hoc teneri in foro externo, sed subdit: « Esto casus contingere posset quod prima sponsa... in foro interno ex caritate teneatur ».

849. — <sup>a</sup>) Molina, *de Just., tr. 2, disp. 271, n. 5*, quidquid dicat Busenbaum, hanc limitationem non apponit.

<sup>b</sup>) Ex auctoribus hic allegatis, Roncaglia secundam sententiam tenet. — Pontius dicit filium familias nuptias contrahentem sine

parentum consensu, peccare « mortaliter aut venialiter, juxta eam rationem propter quam pater impedit ». — Molina denique loquitur de puella nubente cum viro indigno vel longe inferioris conditionis.

<sup>c</sup>) Leander, *tr. 9, disp. 6*, distinguit; et *qu. 5*, dicit peccare mortaliter filios qui contrahunt sine consensu parentum; quod perspicue intelligit de inconsultis parentibus: negat enim, *qu. 7*, filios peccare mortaliter, si

doctores concedunt); sed non explicant, an sub culpa gravi vel levi <sup>d)</sup>.

Probatur haec sententia 1°. Ex can. *Aliter, caus. 30, qu. 5*, ubi legitur decretum illud Evaristo Papae tributum, quo dictum fuit praesumi *non conjugia, sed adulteria*, illa quae fiunt sine consensu parentum, et sine praeviis precibus, sine benedictione sacerdotis et custodia paranympharum, etc. Et ex can. *Honorantur [caus.] 32, qu. 2*, ubi dicitur non esse virginalis pudoris maritum eligere, sed iudicium parentum expectare. Item probatur ex Tridentino <sup>1)</sup>, ubi, cum sermo habeatur de matrimoniis clandestinis, et simul sermo de matrimoniis contractis a filiis familias sine consensu parentum, dicitur: *Sancta Dei Ecclesia ex justissimis causis illa semper detestata est atque prohibuit*. — Probatur 2°. Ex jure civili, quo irritae declarantur nuptiae sine consensu parentum contractae; ut videtur expressum in *leg. 2, ff. de ritu nupt.*; *leg. Si ut proponis, C. de nupt.* et aliis, ac signanter in *Institut. de nupt.*, ubi: *Si filii familiarum sint, consensum habeant parentum...: nam hoc fieri debere et civitatis et naturalis ratio suadet*. Et infra: *Si adversus ea... aliqui coierint, nec vir, nec uxor, nec nuptiae, nec matrimonium, nec dos intelligitur*. Et licet hae leges a jure canonico sint correctae (ut habetur in cap. *Tua nos, de despons. impub.*; et cap. *Cum causa de raptor.*; ac in Tridentino <sup>2)</sup>); tamen ex illis deducitur ex ipso lumine naturali de-

prehendi deformitatem talium nuptiarum. — Probatur 3°. Ratione: tum quia ex hujusmodi nuptiis gravia incommoda et scandala oriuntur; tum quia hoc requirit obedientia parentibus debita; tum quia iidem graviter offenduntur, si filii, ipsis insciis vel invitis, matrimonium contrahant.

*Secunda* sententia dicit teneri quidem filios sub mortali parentum consilium petere, non vero illud sequi <sup>e)</sup>. — Ita Sanchez <sup>3)</sup>, Laymann <sup>4)</sup>, Barbosa <sup>5)</sup>, Viva <sup>6)</sup>, Bonacina <sup>7)</sup>; item Vasquez <sup>1)</sup>, Filiucci, Villalobos, etc., apud Bossium <sup>8)</sup>.

Probatur *prima pars*. Quia censetur gravis contemptus in re tam gravi non consulere parentes, quibus incumbit prospicere bono filiorum; poterit enim pater, qui majori prudentia ac experientia pollet, aliqua aperire filio per quae hic mutet voluntatem. — *Secunda* autem *pars* (quam, praeter auctores mox citatos, tenent etiam Toletus, Burghaber, etc., apud Croix <sup>9)</sup>; atque Viguierus, Ledesma et Riminaldus, apud Sanchez <sup>10)</sup>; et videtur ibidem expresse etiam tenere Hostiensis, Suarez, Lupus et Covarruias: saltem dicunt ibi non esse mortale Victoria et Henriquez) probatur, inquam, haec *secunda pars* ex D. Thoma <sup>11)</sup>, ubi ait: *Non tenentur nec servi dominis, nec filii parentibus, obedire de matrimonio contrahendo vel virginitate servanda*. Et licet S. Doctor ibi non loquatur de filio contrahente sine consensu patris, sed de patre cogente filium ad

Juxta alios, graviter tenentur consilium parentum petere, non sequi.

Probatur prima pars.

Probatur secunda pars.

lib. 2, consil. 133, num. 49 (ubi negat teneri ad petendum consensum). — <sup>10)</sup> Lib. 4, disp. 23, n. 10. — *Hostien., Sum., lib. 4, de Sponsal., § Quatiter contrahantur, n. 7.* — *Roder. Suar., Lectur. legis 2ae fori Si pater, tit. de Matrim., n. 20.* — *Joan. Lupus de Palatis, Repetit. in cap. Per vestras, de donat. inter virum et mulier., notab. 3, § 15, n. 1.* — *Covarr., de Matr., part. 2, cap. 3, § 8, n. 1, v. Honestum, et n. 2.* — *Victor., Sum., de Matr., n. 269.* — *Henriq., lib. 11, cap. 6, n. 4, i. f., et lit. f.* — <sup>11)</sup> 2<sup>a</sup> 2<sup>a</sup>, qu. 104, art. 5.

<sup>1)</sup> Sess. 24, de reform. Matr., cap. 1. — <sup>2)</sup> Loc. cit. — <sup>3)</sup> Lib. 4, disp. 23, num. 10. — <sup>4)</sup> Lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 1, n. 14. — <sup>5)</sup> In Trid., sess. 24, cap. 1, n. 2. — <sup>6)</sup> De Matr., qu. 4, art. 2, n. 5. — <sup>7)</sup> Qu. 4, punct. 17, n. 25. — *Fil., tr. 10, part. 1, cap. 4, n. 130.* — *Villal., part. 1, tr. 13, diff. 39.* — <sup>8)</sup> De Matrim. Contractu, cap. 11, n. 81. — *Tolet., lib. 5, cap. 1, n. 6.* — *Burghab., centur. 3, cas. 55.* — <sup>9)</sup> Lib. 6, part. 3, n. 570. — *Viguier., Institut., cap. 16, § 7, ver. 6.* — *Martin. Ledesma., 2<sup>a</sup> 4<sup>a</sup>, qu. 49, art. 6.* — *Hippol. Riminald.,*

contrahant « invitis parentibus, prius tamen consultis, ut diximus ».

<sup>d)</sup> Ita sane; sed Bellarminus videtur intelligere de peccato gravi, dicens metum gehennae, qui tunc a parentibus incutitur, « per se consequitur praecepti transgressionem ». — Juenin dicit filios teneri obedire parentibus, « in iis praesertim quae gravis sunt momenti, cujusmodi haud dubie est matrimonium »; et ad probationem affert Tridentini textum hic infra relatum. — Turrecre-

mata denique ait traditionem parentum esse « de necessitate praecepti ».

<sup>e)</sup> Intelligitur haec sententia per se et regulariter, et nisi rationabilis causa adsit, ut notant plures ex auctoribus citatis. — Praeterea Laymann dicit quidem peccare liberos, contrahentes insciis et inconsultis parentibus; non tamen explicat quonam peccato, gravi an levi, peccent.

<sup>f)</sup> Vasquez, quamvis a Bossio simpliciter citetur, attamen, *de Matr., disp. 4, cap. 2,*

matrimonium; ratio tamen quam ibi praemittit est generalis et pro utroque casu concludit, dum dicit: *Tenetur autem homo homini obedire in his quae exterius per corpus sunt agenda; in quibus tamen, secundum ea quae ad naturam corporis pertinent, homo homini obedire non tenetur, sed solum Deo, quia omnes homines natura sunt pares, puta in his quae pertinent ad corporis sustentationem et proliis generationem. Unde non tenentur nec servi...* (et sequitur ut supra).

Fundamentum intrinsecum hujus sententiae est, quia, cum per matrimonium homo perpetuae servituti obligetur, ratio exposcit ut sit omnino liber in eo contrahendo. Et quamvis sit de jure naturae ut filii obsequium parentibus praestent, tamen de jure etiam naturali et potiori est ut in nuptiis omnimoda servetur libertas. — Nec obstant textus supra allati, consensum parentum exquirentes. Ipsi enim tantum probant illum requiri de decencia et honestate, non vero de praeecepto; ut ajunt Salmant. <sup>1)</sup>, Bossius <sup>2)</sup>; et Sanchez <sup>3)</sup> cum Hostiensi, Suarez, etc., ex Glossa in can. *fin., caus. 32, qu. 2, v. Parentum*, ubi: *Hoc tamen ad honestatem*

*referas*. — Textum autem Tridentini non est certum referri ad matrimonia contracta sine consensu parentum. Quia verba illa *Dei Ecclesia illa semper detestata est*, potius referri possunt ad matrimonia clandestina; ut colligi videtur ex verbis subsequentibus, ubi dicitur quod, cum matrimonia illa prohibita homines improbi etiam contraherent, ideo declarantur irrita. Ergo Tridentinum declarat hic Ecclesiam tantum *detestatam* fuisse matrimonia quae prohibuit, et nunc concilium reddit invalida. — Ob eandem rationem, ut supra, tanto minus obstant leges civiles: quae autem (ut sentiunt Cujacius et Gothofredus <sup>4)</sup>, et Holzmann <sup>5)</sup> ac Gonzalez <sup>6)</sup>) non invalidabant tales nuptias; sed tantum eas reddebant civiliter irritas <sup>7)</sup>, nempe quoad solos effectus contractus civilis: prout declaravit Ludovicus XIII in regno Galliarum (apud Tournely <sup>1)</sup>).

*Tertia* sententia dicit, quod si filii familias matrimonium contrahunt, sive inconsultis parentibus sive invitis, illicite quidem contrahunt; at per se loquendo non peccant mortaliter, sed tantum venialiter. Ita Palaus <sup>h)</sup>, Bossius <sup>2)</sup>, Elbel <sup>j)</sup>, Tamburinius <sup>k)</sup>, Renzi <sup>l)</sup>; Holzmann <sup>m)</sup>

Juxta alios, contrahere, sive inconsultis sive invitibus parentibus, per se veniale tantum.

<sup>1)</sup> Tr. 9, cap. 6, n. 24. — <sup>2)</sup> De Matrim. Contractu, cap. 11, num. 83 et 87. — <sup>3)</sup> De Matr., lib. 4, disp. 23, num. 10. — *Hostien., loc. cit.* — *Roder. Suarez, loc. cit.* — *Cujacius, in lib. 35 Pauli ad Edict. Recitationes solemnes; et ad leg. 2*

et 10, de ritu nuptiar. — <sup>4)</sup> *Dionys. Gothofr. In notis ad leg. Filius 25, ff. de ritu nuptiar., nota c.* — <sup>5)</sup> De Matr., n. 168. — <sup>6)</sup> In cap. *Tua nos, de despons. impub., n. 8.* — <sup>7)</sup> Praellect., de Matr., qu. 6, art. 3, concl. 3 (ult.).

*n. 24, nonnisi secundam partem hujus sententiae tuetur.*

<sup>g)</sup> Auctores dicunt eas leges reddere nuptias non irritas, sed illicitas seu injustas; Gothofredus tamen addit easdem legibus puniri.

<sup>h)</sup> Palaus, *tr. 28, disp. 2, punct. 12, n. 8 et 9*, negat esse obligationem obediendi, nisi per accidens: et ait tunc posse esse sub gravi; obligationem vero consilium petendi gravem esse dicit *n. 11*, casu quo filii indifferentes sint ad hoc vel illud matrimonium; si vero ad unum determinati sunt, nullam esse ejusmodi obligationem.

<sup>i)</sup> Bossius, *loc. cit., n. 87*, dicit veniale esse contrahere absque ratione contra voluntatem parentum; mortale autem esset sic contrahere cum indigna persona, sicut mortale etiam esset parentibus inconsultis contrahere, *n. 86 cum 81*.

<sup>j)</sup> Elbel, *de Matr., n. 10*, veniale esse ait contrahere inconsultis parentibus; invitibus vero parentibus contrahere cum dignis nullum per se esse peccatum; cum indignis autem, vix excusari a mortali, *n. 11*.

<sup>k)</sup> Tamburinius, *Decal., lib. 5, cap. 2, § 3, n. 2, 5 et 6*, negat esse lethale contrahere cum dignis, invitibus parentibus; imo ne veniale quidem esse ait, si prius filii modeste a parentibus facultatem peterint; cum indignis vero probabile esse quod sit mortale, sed probabiliter etiam id absque peccato fieri posse. Demum « esse conveniens, ut saltem a patre consilium petatur ».

<sup>l)</sup> Renzi, *in 4 praec. Decal., cap. 1, qu. 2*, dicit filium teneri ad obediendum, si nuptiae sunt indignae; minime vero, si sunt justae et dignae: non tamen explicat sub quonam peccato teneatur. Et videtur negare esse peccatum, inconsultis parentibus contrahere.

<sup>m)</sup> Holzmann., *de Matr., n. 172*, de sponsalibus loquitur, et dicit utique veniale esse ea contrahere inconsultis parentibus; at *n. 170*, negat ullum per se esse peccatum sponsalia contrahere invitibus parentibus. — Pichler vero, *lib. 4, tit. 1, num. 31*, de sponsalibus pariter disputans, quae sunt inchoative ipsum matrimonium, veniale esse ait illa contrahere sive inconsultis sive invitibus parentibus.

cum Pichler <sup>m)</sup>; Sporer <sup>n)</sup> cum Henriquez, Ledesma <sup>n)</sup> et Gobat <sup>n)</sup>; ac Salmant. <sup>1</sup> cum Covarruvias <sup>o)</sup>, Victoria <sup>o)</sup>, Aversa, Dicastillo <sup>o)</sup> et Herincx. — Ratio, quia, licet filii teneantur hoc obsequium praestare parentibus, nempe eos consulendi in re tam gravi; haec tamen obligatio non potest esse gravis, quando filii eorum consilio stare non obstringantur; satis autem vel per se vel per alios viros prudentes aliunde valent cognoscere quae circa id occurrere possunt. E converso, parentes nequeunt esse rationabiliter graviter invitati, quod eorum consilium non exquiratur in re quae absolute pendet ab electione liberorum. — Si autem filii non tenentur (saltem sub gravi) parentum consilium sequi (ut concedunt doctores secundae sententiae), non adest ratio cur sub gravi teneantur eos consulere; tanto magis, quia parentes magis se existimant offensos, si filii nuptias ineant ipsis invitatis post consilium datum, quam ipsi inconsultis. Idque tanto magis valet si filius iudicet parentes

non graviter laturus matrimonium illud contrahi ipsis insciis. — Imo minime peccabit filius si reputet parentes in eo libenter consensuros, vel ipsos injuste impedire si consulantur <sup>p)</sup>, ut dicit Barbosa <sup>2</sup> cum Coninck, Sanchez et Vasquez <sup>q)</sup>; ac Bossius <sup>3</sup> cum Bellarmino, Navarro, Sayro, Gutierrez, etc. Idque satis probatur ex eodem Tridentino <sup>4</sup>, ubi conceditur matrimonium contrahi, omissis denuntiationibus, *si fuerit probabilis suspicio matrimonium malitiose impediri posse.*

Communiter tamen praefati auctores tam secundae quam tertiae sententiae, ut Sanchez <sup>5</sup>, Palaus <sup>6</sup>, Holzmann <sup>7</sup>, Croix <sup>r)</sup> et Salmant. <sup>8</sup>, et alii passim, dicunt non excusari a culpa mortali filios matrimonium contrahentes, si parentes juste contradicant; vel si censeantur rationabiliter invitati, puta si tales nuptiae redundarent in dedecus familiae, vel si ex eis sint oritura gravia scandala aut dissensiones.

*Quarta* demum sententia, quam tenent Laymann <sup>9</sup>; et Delbene ac Aversa <sup>s)</sup>, apud

Quandoque nullum peccatum.

Quandoque, lethale.

Juxta alios, distinguendum.

<sup>Henriq.</sup>, lib. 11, cap. 6, num. 1 et 4, cum comm. — <sup>1</sup> Tr. 9, cap. 6, n. 19 et 22. — <sup>Aversa</sup>, qu. 3, sect. 7, v. *In hac re*, et v. *Deinde*. — <sup>Herincx</sup>, disp. 3, n. 6 et seqq. — <sup>2</sup> In Trid., sess. 24, cap. 1, n. 2. — <sup>Coninck</sup>, disp. 28, dub. 5, n. 52. — <sup>Sanchez</sup>, lib. 4, disp. 23, num. 8. — <sup>3</sup> De Matrim. Contractu, cap. 11, n. 82; cfr. n. 78. — <sup>Bellarmino</sup>, de Matr., lib. 1, cap. 19, prop. 3. — <sup>Navarro</sup>, Man., cap. 14, n. 15. —

<sup>Sayr.</sup>, Clav., lib. 7, cap. 5, n. 18. — <sup>Gutierrez</sup>, Canon. quaest., lib. 1, cap. 20, n. 3; et de Matr., cap. 79, n. 19. — <sup>4</sup> Sess. 24, de reform. Matr., cap. 1. — <sup>5</sup> Lib. 4, disp. 23, n. 11. — <sup>6</sup> Tr. 28, disp. 2, punct. 12, n. 9. — <sup>7</sup> De Matr., n. 170 et 172. — <sup>8</sup> Tr. 9, cap. 6, n. 19. — <sup>9</sup> Lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 1, n. 14. — <sup>Delbene</sup>, de Immunit. eccl., cap. 8, dub. 19, sect. 9, num. 36.

<sup>n)</sup> Sporer, *part. 4, cap. 1, n. 204 et seqq.*, utique veniale esse dicit inconsultis parentibus contrahere; iisdem vero invitatis, si cum dignis contrahatur, non esse mortale; imo nec veniale, si filii prius facultatem a parentibus modeste petierint; cum indignis vero, per se item non esse mortale; sed quia inde gravia mala sequuntur, sententia quae dicit esse mortale, « in praxi regulariter vera est ». — Martin. de Ledesma, *2<sup>a</sup> 4<sup>i</sup>, qu. 49, art. 6*, dicit per se nullum esse peccatum parentibus in hoc non obedire; si vero inde oriretur scandalum, seditiones, vel aliud malum, ut si nuptiae essent indignae, posset peccari, « vel mortifere vel venialiter secundum quantitatem et qualitatem mali sequentis ». — Gobat vero, *tr. 10, n. 102 et 103*, mortale esse ait contrahere sponsalia inconsultis parentibus, nisi ratio aliqua subsistat; invitatis vero contrahere, non fore mortale.

<sup>o)</sup> Covarruvias, *loc. cit.*, dicit esse de honestate tantum, quod filii patris consensum exigant. — Victoria, *Sum., de Matr., n. 269*, negat esse mortale. — Dicastillus, *de Matr., disp. 4, dub. 17, n. 171, 175 et 176*, licitum esse ait contrahere invitatis parentibus; filios

tamen teneri, licet non sub mortali, ab eis consilium petere. — Salmant. vero auctores citant pro ea sola parte qua negant esse mortale.

<sup>p)</sup> Ex auctoribus citatis, aliqui loquuntur tantum de excusatione ab obediendo; et sunt Sanchez, Navarrus, Sayrus; aliqui, ut Bossius, Bellarminus, Gutierrez, de excusatione tum a consulendo tum ab obediendo.

<sup>q)</sup> Vasquez, *de Matr., disp. 4, num. 24*, negat tantum filium ullo praeepto teneri ad obediendum patri in hoc matrimonii negotio.

<sup>r)</sup> Croix, *lib. 6, part. 3, num. 570*, negat posse contrahi si parentes juste contradicant, et ait matrimonium tunc esse impediendum tamquam repugnans caritati et pietati. Quod satis innuit lethale esse eo casu contrahere.

<sup>s)</sup> Aversa, *qu. 4, sect. 5, v. Item aliqui*, perspicue hanc sententiam innuit, scribendo « Filius in hoc est sui juris et libertatis, non solum ut velit aut nolit assumere statum conjugalem; sed etiam, supposito quod illum assumere velit, non potest astringi ad certam aliquam ducendam ». Sed paulo inferius addit: « Admittendum tamen est posse occur-

Croix <sup>1</sup>, distinguit. — Et dicit quod si parentes ab *omni* matrimonio filium avertere conantur cum periculo incontinentiae, filius non tenetur obedire. — Si vero impedire velint *aliquod* certum matrimonium, tunc videndum: Si parentes injuste impediunt, tunc filius nec tenetur obedire. Secus, si parentes juste impediunt, nempe si ex tali matrimonio oriatur dedecus aut scandalum familiae; tunc enim filius graviter peccat si non obedit et matrimonium contrahit.

Casu autem quo filius non posset sine peccato tale matrimonium inire, dicunt doctores quod ad illud non obligatur, etiamsi *cum juramento* sponsalia contraxisset; quia, cum haec promissio esset de re illicita, juramentum non potest esse vinculum iniquitatis. — Ita Rebellus <sup>2</sup>, Pignatellus <sup>3</sup>, Salmant. <sup>4</sup>; Bossius <sup>5</sup> cum Menochio; item card. de Lauraea, Gabriel a S. Vincentio et Opatovius <sup>1)</sup>, apud Mazochium (in citata Dissertatione <sup>6</sup>), ex cap. *Quanto, de jurejur.*, ubi: *Juramentum fuisset illicitum et nullatenus observandum, etc.* Et clarius ex responso Alexandri II (apud eundem Mazochium <sup>7</sup>) ubi: *Peccator iste notatur perjurio; quia quod observare legaliter non potuit sine iudicio parentum, temere jurare praesumpsit.* Et

ait D. Thomas <sup>8</sup> id esse verum perjurium, nempe jurare illicitum: *Quocumque enim modo quis jurat illicitum, ex hoc ipso falsitatem incurrit, quia obligatus est ad hoc quod contrarium faciat.* — Hocque verum esse dicunt Toletus <sup>9</sup>; Sanchez <sup>10</sup> cum Abbate, Covarruvias et Molina; item Suarez et Graffius (apud Mazochium <sup>11</sup>) ex D. Bonaventura et D. Thoma <sup>12</sup>, etiamsi res juramento promissa esset *venialiter* mala. Et merito; quia iniquitas levis etiam est vera iniquitas, cujus juramentum non potest esse vinculum.

Idem dicendum putant communiter auctores, scilicet non teneri sponsum ad implenda hujusmodi sponsalia cum gravi parentum injuria, *etiamsi virginem defloraverit*; sed sufficere quod eam dotet <sup>13</sup>. Ita Valentia <sup>14</sup>, Marchant <sup>15</sup>; Sanchez <sup>15</sup>, qui id verissimum censet cum Navarro, Lopez, Corduba, Gutierrez, etc.; item Reginaldus, Trullench, Tamburinius, Serius, Graffius et Gobat, apud Mazochium <sup>16</sup> (contra Bossium <sup>17</sup>). Ratio, quia virtus justitiae nequit obligare ad actum qui sine peccato impleri non potest. — Ex qua probabiliter videtur inferri quod si talis sponsus non possit defloratam dotare, nec etiam tenetur eam ducere; quia non potest damnum illius reparare

Etiamsi res jurata sit solum venialis.

Sponsalia cum gravi parentum injuria, non obligant etsi adfuit defloratio.

<sup>1</sup> Lib. 6, part. 3, n. 570. — <sup>2</sup> Part. 2, lib. 2, qu. 14, n. 9. — <sup>3</sup> Tom. 4, consult. 11, n. 1 et 2. — <sup>4</sup> Tr. 9, cap. 2, n. 85. — <sup>5</sup> De Matr. Contractu, cap. 11, n. 91 et 93. — <sup>Menoch.</sup>, consil. 69, a n. 43. — <sup>Card. a Lauraea</sup>, in 4 Sent., tom. 3, disp. 37, art. 11, n. 427, 458 et seqq. — <sup>Gabr. a S. Vinc.</sup>, disp. 5, qu. 5, n. 57. — <sup>6</sup> Dub. 4, n. 148, 154 et 157. — <sup>7</sup> Id est *Muscettula*, dub. 4, n. 186. Cfr. Ivon. Carnot., part. 9, Decret. de incest. copul., cap. 37; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 161, col. 665. — <sup>8</sup> <sup>2<sup>a</sup> 2<sup>ae</sup></sup>, qu. 98, art. 1, ad 1. — <sup>9</sup> Lib. 4, cap. 22, n. 2. — <sup>10</sup> De Matr., lib. 1, disp. 32, n. 1. — <sup>Abb. Panorm.</sup>, in cap. *Si vero, de jurejur.*, n. 3 et seqq.; et cap. *Cum contingat*, eod., n. 7. — <sup>Covar.</sup>, in cap. *Quamvis, de pactis*, part. 2, § 2, n. 13, v. *Tertio hinc*. — <sup>Molina</sup>, de Just., tr. 2, disp. 149, n. 5; et disp. 271, n. 10 et seqq. — <sup>Suar.</sup>, de Relig., tr. 5, lib. 2, cap. 15. — <sup>Graff.</sup>, Decis. aur., part. 1, lib. 2, cap. 18,

n. 1. — <sup>11</sup> Id est *Muscettula*, dub. 4, n. 187. — <sup>D. Bonav.</sup>, in 3, dist. 39, art. 3, qu. 3. — <sup>12</sup> <sup>2<sup>a</sup> 2<sup>ae</sup></sup>, qu. 89, art. 7 corp. — <sup>13</sup> In <sup>2<sup>ae</sup> 2<sup>ae</sup></sup>, disp. 9, qu. 3, punct. 3, v. *In specie autem*. — <sup>14</sup> Tribunal., tom. 2, tr. 7, tit. 1, qu. 2, § 3, dub. 2, resol. 2. — <sup>15</sup> Lib. 1, disp. 14, n. 3. — <sup>Navarro</sup>, Man., cap. 16, n. 18. — <sup>Ludov. Lopez</sup>, Instruct. conc., part. 1, cap. 76, qu. 3. — <sup>Corduba</sup>, Quaestionar., lib. 1, qu. 13, dict. 1. — <sup>Gutier.</sup>, Can. Quaest., lib. 1, cap. 20, n. 20 et 23. — <sup>Regin.</sup>, lib. 31, n. 255 et 264. — <sup>Trull.</sup>, Decal., lib. 7, cap. 9, dub. 3, n. 1. — <sup>Tambur.</sup>, Decal., lib. 7, cap. 5, § 3, n. 34 et 39. — <sup>Marcus Serius</sup>, de Offic. parochi, tr. 2, disp. 5, diff. 2, qu. 7, n. 4. — <sup>Graff.</sup>, Decis. aur., part. 1, lib. 2, cap. 79, n. 3. — <sup>Gobat</sup>, tract. 10, num. 106 et 335. — <sup>16</sup> <sup>Masoch.</sup>, id est *Muscettula*, dub. 5, a num. 265. — <sup>17</sup> De Matrim. Contractu, cap. 11, n. 90 et 92.

rere talem casum necessitatis parentum, in quo filius revera obligetur: utpote si certum matrimonium esset unicum medium ad componendas graves inimicitias, aut ad succurrendum maximae parentum inopiae.

<sup>1)</sup> Adamus Opatovius, *de Matr., disp. 1, qu. 7, n. 105*, dicit sponsalia dissolvi posse si notabilis mutatio superveniat, ut « si inter parentes contrahentium odia interveniant, ita quod se opponant contrahendo matrimonium. Et propterea dissolvi possunt et debent ».

Et ita etiam citatur a *Muscettula*. At *n. 102*, jam dixerat sponsalia, etiam jurata, posse dissolvi in casu notabilis mutationis.

<sup>2)</sup> Quod sufficiat in hoc casu virginem dotare, aliqui praetermittunt, saltem *loc. cit.*, ut Sanchez, Gutierrez, Tamburinius, Gobat; omnes tamen negant obligationem ducendi hanc virginem defloratam. — Valentia negat teneri, si ob inaequalem conditionem « secutura videantur magna incommoda in matrimonio tali ».

cum gravi injuria parentum. Praeterquam quod, posito quod ipse non tenetur vi promissionis, nec etiam videtur teneri ratione deflorationis ad reparandum damnum illatum; cum nemo teneatur reparare damnum cum excedenti suo detrimento.

Et quoties filius peccaret in contrahendo matrimonio indigno, ex quo deducuntur familiae vel scandala et infelices exitus prudenter timeri possent, tunc dicunt Laymann<sup>1</sup>, Bonacina<sup>2</sup>, Dicastillus<sup>3</sup>, Delbene<sup>4</sup>; ac Bossius<sup>5</sup> cum Pontio<sup>6</sup> et Rebello<sup>7</sup>, quod parentes implorare possunt auctoritatem praelati ad tales nuptias impediendas, et praelatus tenetur impedire. — Et ideo (ut Bossius<sup>5</sup>) mortaliter peccaret praelatus si filio faveret, vel dispensaret in denuntiationibus ad matrimonium praemittendis.

Conveniunt autem doctores (ut notat auctor praedictae Dissertationis<sup>6</sup>) filios excusari saltem a mortali, si absque consensu parentum nuptias contrahunt ex justis causis. — Et praecipue 1<sup>o</sup>. Si pater injuste prohibeat filium a conjugio. Ita Bellarminus<sup>7</sup>, Laymann<sup>8</sup>, Molina<sup>9</sup>, Elbel<sup>10</sup> cum Sporer et communi. — 2<sup>o</sup>. Si, causa majoris dotis, indignam mulierem ei dare velit. Bellarminus. — 3<sup>o</sup>. Si pater velit tradere filio uxorem aegram aut durae conditionis. Gutierrez<sup>8</sup>. — 4<sup>o</sup>. Quando

<sup>1</sup> Lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 1, n. 14. — <sup>2</sup> Qu. 4, punct. 17, n. 26. — <sup>3</sup> De Matr., disp. 4, dub. 18, n. 177 et 181. — <sup>4</sup> De Immun. eccles., cap. 8, dub. 19, sect. 9, n. 43 et seqq. — <sup>5</sup> Cap. 11, n. 89. — <sup>6</sup> Dub. 1, n. 41. — <sup>7</sup> De Matr., lib. 1, cap. 19, prop. 3. — <sup>8</sup> Spor., tr. 3, cap. 5, n. 28. — <sup>9</sup> Bellarm., loc. cit. — <sup>10</sup> De Matr., cap. 79, n. 19. — <sup>11</sup> Loc. cit. — <sup>12</sup> Tr. 9, de Matr., cap. 8, qu. 1. — <sup>13</sup> Dub. 1, n. 41, i. f. — <sup>14</sup> De Matr., qu. 4, art. 2, n. 4. — <sup>15</sup> De Matr. Contractu, cap. 11, n. 69. — <sup>16</sup> Gutier., de Matr., cap. 79, n. 6. — <sup>17</sup> Rebel., part. 2, lib. 2, qu. 14, n. 3 et 4. — <sup>18</sup> De Matr., lib. 4, disp. 22, n. 6. — <sup>19</sup> Petr. Sotus, lect. 3, de Matr., v. *Tertio etiam*. — <sup>20</sup> Coraub., Sum., qu. 171,

<sup>11</sup> Bossius, cap. 11, num. 89, dicit tantum peccare mortaliter praelatum qui sese opponeret parentibus qui vellent impedire filiorum matrimonium. — Et Pontius, de Matr., lib. 2, cap. 1, num. 28, item dicit praelatum tunc peccare. — Rebello denique, part. 2, lib. 2, qu. 14, n. 9, dicit praelatos non debere illas nuptias conciliare, quia cooperarentur eorum peccato.

<sup>12</sup> Laymann, loc. cit., n. 14, scribit: « Vel parentes filium aut filiam ab omni matrimonio avocare vel impedire conantur; tunc obediendum eis non est cum incontinentiae periculo ». — Elbel autem, de 4<sup>o</sup> praec., n. 538,

filii a parentibus injuste opprimeretur. Gutierrez<sup>9</sup>. — 5<sup>o</sup>. Si procul distet, et filius non posset commode eum certiorum facere, credatque patrem libenter consenturum. Genettus<sup>10</sup>. — 6<sup>o</sup>. Si pater ideo prohibet justum matrimonium, quia vult filium ducere aliquam contra ejus voluntatem. Ita auctor praefatae Dissertationis<sup>11</sup>. — 7<sup>o</sup>. Si pater impediatur filium ab aliquo matrimonio sine justa causa: tunc enim filius non tenetur obedire, et pater graviter peccat impediendo<sup>12</sup>, ut communiter dicunt Viva<sup>13</sup>; Bossius<sup>14</sup> cum Gutierrez, Rebello, etc.; ac Sanchez<sup>14</sup> cum Petro Soto, Corduba, Lopez et Vega.

An autem pater injuste impediens nuptias filii incurrat excommunicationem?

Affirmat Lopez apud Sanchez<sup>15</sup>, ex Tridentino<sup>16</sup>, ubi dicitur: *Sub anathematis poena, quam ipso facto incurrant, ne quovis modo, directe vel indirecte, subditos suos vel quoscumque alios cogant, quominus libere matrimonia contrahant.* — Sed verius negat Sanchez<sup>17</sup> cum Molina Henriquez, Gutierrez, Manuele et communi; nam (ut patet ex contextu) concilium tantum ibi loquitur de dominis et magistratibus qui cogunt alios ad nuptias. — Praeterquam quod probabilius dicit Barbosa<sup>18</sup> cum Navarro, Molina, Pontio<sup>19</sup>, Bonacina, Coninck<sup>20</sup>, Menochio<sup>21</sup>,

punct. 1. — <sup>1</sup> Ludov. Lop., Instruct., part. 1, cap. 44, v. *Si aliquis*. — <sup>2</sup> Vega, Sum. silva, lib. 5, cas. 558. — <sup>3</sup> Lud. Lop., loc. cit. — <sup>4</sup> Loc. cit., n. 9. — <sup>5</sup> Sess. 24, de reform. Matr., cap. 9, i. f. — <sup>6</sup> De Matr., lib. 4, disp. 22, n. 9. — <sup>7</sup> Molina, de Just., tr. 2, disp. 176, n. 30. — <sup>8</sup> Henrig., lib. 11, cap. 6, n. 5, lit. g. — <sup>9</sup> Gutier., Can. Quaest., lib. 1, cap. 20, i. f. — <sup>10</sup> Man. Rodrig., Sum., part. 1, cap. 229, n. 7. — <sup>11</sup> In Trid., sess. 24, cap. 9, n. 9. — <sup>12</sup> Navar., Man., cap. 27, n. 150, v. *Quinquagesima quarta*. — <sup>13</sup> Mol., de Just., tr. 2, disp. 176, n. 30. — <sup>14</sup> Bonac., de Matr., qu. 3, punct. 8, n. 84, v. *Secundo*; et qu. 4, punct. 17, n. 26, v. *Neque obstat 1<sup>o</sup>*; et de Excom. extra bull. Coenae, disp. 2, qu. 2, punct. 6, n. 3,

negat filios teneri obedire parentibus in eligendo vitae statu; et inferius addit graviter peccare parentes, qui liberos suos retrahunt ab honesto matrimonio. — Molina vero, quidquid investigare potuerim, id non habet.

<sup>14</sup> Viva, Gutierrez, Sanchez, Sotus, Corduba profecto dicunt parentes sic filiorum matrimonium impediens peccare, non tamen explicant quomam peccato, gravi an levi. — Ludov. Lopez vero indicat esse grave peccatum, dicendo eos incurrere excommunicationem a Tridentino latam.

<sup>15</sup> Pontius, de Imped. matr., caus. 31, cap. 29, § 12, v. *Ex dictis*; Coninck, disp. 28,

Pater injuste impediens nuptias filii verius non excommunicatur.

Filius non tenetur obedire patri praecipienti nuptias.

Limitatur.

Henriquez, etc., praefatam excommunicationem infligi a concilio, non contra impediens a matrimoniis, sed tantum contra cogentes ad illa.

An vero dissensus parentum sit per se justa causa solvendi sponsalia? Vide dicenda n. 877. — Et, an parentes possint exhaerere filios nubentes contra ipsorum voluntatem, vel nubentes cum indignis? Vide dicta Lib. III, n. 948 et 949.

850. - Quaeritur 2<sup>o</sup>. An teneatur filius obedire patri praecipienti ut matrimonium contrahat, vel ut aliquam ducat mulierem a qua filius abhorret?

Communiter est sententia negans: quam tenent<sup>a)</sup> Sanchez<sup>1</sup> cum Scoto, Hostiensis, Silvestro, Soto, Tabiena, Angelo, Ledesma, etc.; item Croix<sup>2</sup> cum Aversa et aliis passim, ex D. Thoma<sup>3</sup>, ubi: *Non tenentur... filii parentibus obedire de matrimonio contrahendo.* Et D. Bonaventura<sup>4</sup>: *Per praecceptum non potest pater ad contrahendum cum hac vel cum illa... obligare.*

Communitur tamen dicunt Petrocorrens<sup>5</sup>; Laymann<sup>6</sup> cum Silvestro<sup>a)</sup>;

<sup>1</sup> Henrig., lib. 11, cap. 6, n. 5. — <sup>2</sup> Lib. 4, disp. 23, n. 3. — <sup>3</sup> Scot., in 4, dist. 29, i. f. — <sup>4</sup> Hostien., in cap. 1, de despons. impub., i. f. — <sup>5</sup> Silvest., v. *Praecceptum*, n. 2. — <sup>6</sup> Sotus, in 4, dist. 29, qu. 1, art. 4, concl. 1 et 2. — <sup>7</sup> Tabiena, v. *Lex*, n. 29, qu. 28, v. f. — <sup>8</sup> Angel., v. *Lex*, n. 3. — <sup>9</sup> Petr. Ledesma., de Matr., qu. 43, art. 2, i. f. — <sup>10</sup> Lib. 6, part. 3, n. 570. — <sup>11</sup> Aversa, qu. 4, sect. 5, v. *Item aliqui*. — <sup>12</sup> 2<sup>a</sup> 2<sup>a</sup>, qu. 104, art. 5. — <sup>13</sup> In 4, dist. 29, art. unic., qu. 3. — <sup>14</sup> De Matr., cap. 9, qu. 5. — <sup>15</sup> Lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 1, n. 14. — <sup>16</sup> Lib. 6, part. 3, n. 570. — <sup>17</sup> Tolet., lib. 5, cap. 1, n. 6, v. f. — <sup>18</sup> Lib. 4,

dub. 5, n. 48, negant sane parentes hanc excommunicationem incurrere; ibi tamen non dicitur latam esse tantum contra cogentes ad matrimonia. — Menochius vero, consil. 69, n. 40, de alia conciliari dispositione loquens, dicit concilium, etsi statuerit matrimonia filiorum sine parentum consensu esse valida, « non tamen disposuit quod pater non potuit impedire contrahendum ». Igitur auctores isti non satis diligenter citantur a Barbosa.

850. - <sup>a)</sup> Sanchez negat filium teneri ad ineundum matrimonium quod pater spondat; et ita etiam Scotus, Hostiensis, Silvester, Tabiena, Angelus et Ledesma. — Praeterea Sanchez negat filium teneri ad ineundum matrimonium quod jubet pater, et ita tenent Scotus et Sotus (sicut etiam Silvester, v. *Matrimonium I, qu. 1, § Quaelibet persona*), per se scilicet, ut notant Sotus et Silvester, qui dicunt patrem posse causam rationabilem hujus matrimonii inducere; et tunc filius tenetur obedire, sicut tenetur ad causam. —

Croix<sup>7</sup> cum Toletio; Sanchez<sup>8</sup> cum S. Bonaventura, Bellarmino<sup>b)</sup>, Navarro, Soto<sup>b)</sup>, Henriquez, etc.; et Bossius<sup>9</sup> cum Lopez et Ledesma, teneri filium obedire, si matrimonium illud valde referat ad tollenda gravia dissidia; vel ad sublevandam gravem necessitatem parentum, non jam vigore praeccepti, sed ex virtute pietatis, qua filius tenetur subvenire parentibus in necessitate<sup>c)</sup>. Et huic consentit D. Thomas<sup>10</sup>, ubi docet: *Pater non potest cogere filium ad matrimonium per praecceptum..., sed potest eum inducere ex rationabili causa; et tunc, sicut se habet filius ad causam illam, ita se habet ad praecceptum patris; ut si illa causa cogat de necessitate vel de honestate, et praecceptum similiter cogat: alias non.* — Sed hoc intelligendum ait Sanchez<sup>11</sup> cum Palacios, Ledesma, etc., ex suppositione quod filius velit statum conjugalem eligere. Nisi (excipit Sanchez cum Ledesma) matrimonium aliquod locuples esset necessarium ad subveniendum necessitati parentum; sed hoc etiam cum grano salis intelligendum<sup>d)</sup>.

disp. 23, n. 4. — <sup>1</sup> S. Bonav. in 4, dist. 29, art. unic., qu. 3. — <sup>2</sup> Navar., Man., cap. 14, n. 15. — <sup>3</sup> Henrig., lib. 11, cap. 6, num. 6. — <sup>4</sup> De Matr. Contractu, cap. 11, num. 77. — <sup>5</sup> Ludov. Lopea, Instruct., part. 1, cap. 54, v. *Peccat filius*. — <sup>6</sup> Petr. Ledesma., de Matr., qu. 47, art. 6, dub. 2, concl. 1. — <sup>7</sup> In 4, dist. 29, qu. unic., art. 4. — <sup>8</sup> Lib. 4, disp. 23, num. 5. — <sup>9</sup> Mich. Palac., in 4, dist. 29, v. *Est antiqua*. — <sup>10</sup> Petr. Ledesma., de Matr., qu. 47, art. 6, dub. 2, concl. 2. — <sup>11</sup> Sanch., loc. cit., num. 5. — <sup>12</sup> Ledesma., loc. cit., concl. 1, in fine.

Denique Petrus de Ledesma, qu. 47, art. 6, dub. 2, concl. 1 et 3, negat patrem posse praecipere filio, per se et regulariter, ut ineat matrimonium.

<sup>b)</sup> Bellarminus, de Matr., lib. 1, cap. 19, v. f., dicit patrem posse inducere filium ad matrimonium, auctoritate paterna imperando, « quando revera filio id conducit », ita ut « secundum rectam rationem dissentire non possit ». — Idemque dicit Sotus, in 4, dist. 29, qu. 1, art. 4, concl. 3.

<sup>c)</sup> Ex auctoribus hic citatis plerique omitunt casum quo filius abhorreat a muliere quae sibi proponitur, sed quaerunt generatim an filius teneatur patri obedire in contrahendo matrimonio. Praeterea non omnes utramque causam afferunt, propter quam obedire teneatur; sed alii afferunt necessitatem rixas sedandi; alii vero, necessitatem subveniendi paterna inopiae; alii demum utramque simul ponunt.

<sup>d)</sup> Et in Hom. apost., tr. 18, num. 10 i. f.,

Explicatur limitatio.

Dicit autem Bossius<sup>1</sup> cum Menochio et Salon, quod, praecisis his causis, poterit pater moderata et levi coactione, scilicet paterna increpatione et suasionibus, cogere filium ad aliquod matrimonium. Sed melius ait Sporer<sup>2</sup> cum Bellarmino<sup>b)</sup> et aliis, tantum permissum esse patri filium ad nuptias invitare ob aliquam justam causam, puta familiam propagandi, facultates ampliandi aut nobilitatem augendi. — Ait tamen idem Bossius<sup>3</sup> nullo modo posse patrem cogere filium ad nuptias, si hic velit meliorem statum eligere, nempe religionis aut caelibatus. Item addit<sup>4</sup> cum Sanchez, Gutierrez, etc., quod si filius jam sponsalia contraxerit, a quibus non possit juste recedere, non poterit pater eum cogere ad aliam dudendam.

851. — Quaeritur 3<sup>o</sup>. *An notabilis disparitas conditionis aut status inter contrahentes irritet sponsalia contracta?* — Sedulo haec Quaestio discutienda est, cum hic casus frequenter occurrat.

Certum est quod si contrahentes tempore sponsaliorum non fuerint disparitatis conscii, sponsalia sunt nulla, dummodo ignorantia fuerit antecedens; valida tamen, si fuerit concomitans. — Vide Viva<sup>5</sup>.

Dubium est, *si jam conscii fuerint.*

Communiter doctores infra citandi dicunt teneri ad matrimonium: nisi (excipiunt) ex illo eveniat dedecus aut scandalum propinquorum; in hoc indistincte loquentes. — Sed hic necessario distingui debet *dedecus a scandalo.*

<sup>1</sup> Cap. 11, n. 70. — *Menoch.*, consil. 69, n. 41. — *Salon*, in 2<sup>am</sup> 2<sup>ae</sup>, post qu. 61, de Dominio, qu. 5, art. 5, tit. *Postintne parentes filios... exhaereditare*, v. *Observemus* 2<sup>o</sup>. — <sup>2</sup> Tr. 3, cap. 5, num. 22, i. f. — <sup>3</sup> Loc. cit., n. 70. — <sup>4</sup> Loc. cit., n. 72. — *Sanch.*, de Matr., lib. 4, disp. 22, n. 7, cum lib. 1, disp. 14, n. 4. — *Gutierr.*, de Matr., cap. 79,

Nam, si matrimonium non posset contrahi *nisi cum dedecore familiae*, non dubitandum quin sponsi non teneantur matrimonium contrahere. Ratio, quia promissio tunc est nulla; cum sit de re graviter illicita, utpote quae impleri non potest nisi cum magno familiae detrimento. Ita communiter Laymann<sup>6</sup> cum Navarro<sup>a)</sup> et Gutierrez<sup>a)</sup>; item Sporer<sup>7</sup>; Roncaglia<sup>8</sup> cum Menochio<sup>a)</sup> et Gobat; ac Sanchez<sup>b)</sup> cum Panormitano<sup>b)</sup>, Praeposito<sup>b)</sup>, Corduba<sup>b)</sup>, Felino<sup>b)</sup>, Lopez<sup>b)</sup>, etc. — Et licet Laymann et Sanchez<sup>9</sup> dicant quod sponsalia contracta cum persona disparis conditionis per se valeant; addunt tamen quod si matrimonium non possit iniri sine familiae dedecore vel magno scandalo inter consanguineos, talis promissio non obligat, utpote versans circa rem illicitam, ad quam nemo potest se obligare. — Notandum autem hic quod non sufficit qualiscumque disparitas ad liberandum sponsum a matrimonio promisso; sed requiritur notabilis, puta si vir nobilis desponsaverit filiam artificis mechanici (ut ait Navarrus<sup>10</sup>), vel agricolae (ut Busenbaum n. 847 ad 4). Vide dicta *Lib. III, n. 643.*

Sed quid dicendum, *si matrimonium contrahi posset sine familiae dedecore, nempe si disparitas non sit in nobilitate, sed tantum in divitiis?*

Ex casu, duo (ut in principio diximus) doctores asserunt: *primo*, quod per se tenetur promittens ad matrimonium; *secundo*, quod non tenetur, imo non potest

num. 7. — <sup>5</sup> De Matr., qu. 1, art. 5, num. 7. — <sup>6</sup> Lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 1, n. 14. — <sup>7</sup> Part. 4, cap. 1, n. 203. — <sup>8</sup> Tract. 10, de 4<sup>o</sup> Praec., cap. 1, qu. 3; et de Sponsal., cap. 3, qu. 9, resp. 1. — *Gobat*, tr. 10, num. 105 et 106. — *Laym.*, loc. cit. — <sup>9</sup> Lib. 1, disp. 14, num. 2. — <sup>10</sup> Man., cap. 16, n. 18.

S. Doctor addit: «Intelligi etiam debet quoties illi non esset horror valde intolerabilis erga illam mulierem; caritas enim neminem potest obligare ad tantum, ut ei vivendum esset totam vitam suam cum uxore quam notabiliter horreret».

851. — *a)* Navarrus, *Man.*, cap. 16, num. 18, v. f., negat sponsos ad sponsalia teneri, si sint valde disparis conditionis, vel si timendum esset magnum scandalum. — Gutierrez, *Can. Quaest.*, lib. 1, cap. 20, num. 13 et 17, dicit patrem posse matrimonium impedire inter valde dispare propter odia et dissi-

dia. — Menochius, *consil. 69, num. 44*, dicit ex hac eadem causa disparis conditionis posse sponsalia dissolvi.

*b)* Sanchez, *lib. 1, disp. 14, n. 3*, et auctores ab eo citati: Panormitanus, *de Sponsal.*, in cap. Requisivit, n. 4, et cap. Cum in tua, n. 4; Praepositus, in cap. Cum in tua, n. 2; Cordubensis, *Quaestionar.*, lib. 1, qu. 13, v. *Dixi regulariter*; Ludov. Lopez, *Instruct.*, part. 1, cap. 76, v. *Atque hoc quod immediate*, loquuntur de scandalo (vel ut addit Sanchez, de discordiis) quod exinde nasci posset. — Felinus, *consil. 26, n. 20 et 21*, dicit

Si sint conscii, et nuptiae afferant dedecus, sponsalia nulla.

Promissio prodiga acceptata, juxta alios, obligat ad totum.

Quid, si nuptiae non afferant dedecus.

promittens matrimonium contrahere, si adsit probabilis timor magni damni, vel odii capitalis inter consanguineos. — Ita communiter Sanchez<sup>1</sup> cum Molina<sup>c)</sup> et Corduba; Bonacina<sup>2</sup>, Lessius<sup>3</sup>, Laymann<sup>d)</sup>, Sporer<sup>4</sup>; Salmant.<sup>5</sup> cum Azor<sup>d)</sup>; Viva<sup>d)</sup> et alii.

Ratio *primae* partis, nempe quod sponsus TENEATUR ad matrimonium, est, quia promittens, licet peccaverit ejusmodi prodigam promissionem faciens; tamen tenetur ad illam, quia promisit quod suum est: et cum jam cognitam habuerit suam meliorem conditionem, censetur excessum illum donasse. Prodigam enim promissio (ut dicunt), quamvis illicite fiat, facta tamen, et ab altero acceptata, valet et obligationem parit. — Hoc est totum fundamentum istius sententiae.

Cum autem ratio haec pendeat a Quaestione, nimirum: *An promissio prodiga acceptata obliget?* haec prius hic disserenda est. — Adsunt in ea tres sententiae:

*Prima* sententia tenet obligare ad totum. Haec tenent Lugo<sup>6</sup>, Sanchez<sup>7</sup>, Croix<sup>8</sup>,

<sup>1</sup> Lib. 1, disp. 14, n. 2 et 3. — *Cordub.*, Quaestionar., lib. 1, qu. 13. — <sup>2</sup> De Matr., qu. 1, punct. 2, n. 2. — <sup>3</sup> Lib. 2, cap. 18, n. 9. — <sup>4</sup> Part. 4, cap. 3, n. 598, cum n. 602, ii. — <sup>5</sup> Tr. 9, cap. 1, n. 82. — <sup>6</sup> De Just. et Jure, disp. 18, n. 61. — <sup>7</sup> Lib. 1, disp. 14, n. 5. — <sup>8</sup> Lib. 3, part. 2, n. 795. — <sup>9</sup> Part. 4, cap. 3, n. 598. — <sup>10</sup> Tr. 33, cap. 2, n. 19. — *Mol.*, de Just., tr. 2, disp. 271, n. 5. — <sup>11</sup> Decal., lib. 3, cap. 9, num. 27. — <sup>12</sup> Decal., lib. 3, cap. 8, § 5, num. 20. —

magnam disparitatem esse causam dispensandi, propter dedecus patris et universae domus.

*c)* Molina, *de Just.*, tr. 2, disp. 271, n. 5, primum dumtaxat assertum habet, et pro eo tantum citatur a Sanchez.

*d)* Laymann, *loc. cit.*, n. 14; Azor, *part. 3, lib. 5, cap. 5, diff. 2*; Viva, *loc. cit.*, n. 7, loquuntur de disparitate generatim, nec distinguunt disparitatem in nobilitate a disparitate in divitiis.

*e)* Cajetanus id innuit in *2am 2ae*, qu. 32, art. 7, ubi dicit de meretricii pretio: «Dare mulieri pro venereo usu antequam fiat, malum est pro quanto imperatur a luxuria; post factum autem non est malum, sed actus justitiae, a nullo vitio imperatus». — Valentia, in *2am 2ae*, disp. 5, qu. 6, punct. 5, § 2, quaer. 5, v. *Quamobrem erudite*, hoc Cajetani dictum refert et approbat.

*f)* Nisi tamen (addunt Tambur. et Tancredi) promittens habuerit expressam intentionem sese obligandi ad id quod non excedit.

*g)* Sotus, *de Just. et Jure*, lib. 4, qu. 7,

Sporer<sup>9</sup>, Filliucci<sup>10</sup>; item Molina, Cajetanus<sup>c)</sup> et Valentia<sup>e)</sup>, apud Sanchez<sup>11</sup>, qui etiam huic sententiae inclinatur. — Ratio, quia, licet promissio fuerit facta cum peccato; tamen, cum is cui facta est promissio jam acquisierit jus ad rem promissam, illius executio, ad satisfaciendum juri alterius, evadit licita et debita.

*Secunda* sententia, quam probabilem putat Tamburinus<sup>12</sup> cum Tancredi, dicit hujusmodi promissionem ad nihil obligare, nec etiam ad partem quae licite dari potuit<sup>f)</sup>. Quia, cum promissio sit indivisibiliter facta, tota materia evadit inhonestata.

*Tertia* sententia, cui subscribimus, venior et communis (ut fatetur ipse Lugo), docet promissionem prodigam obligare ad partem quae non est prodiga, non vero ad excessum. Ita Salmant.<sup>13</sup> cum Soto<sup>g)</sup>, Bañez<sup>h)</sup>, Prado, Serra<sup>g)</sup>, Trullench; item Suarez, Ledesma<sup>g)</sup>, Palacios<sup>i)</sup>, Salon, Manuel<sup>h)</sup> et Aragon<sup>h)</sup>, apud Sanchez<sup>14</sup>, qui aequae probabilem putat; et Croix<sup>15</sup> etiam probabilem censet. — Ratio cur

*Tancred.*, de Relig., tr. 4, lib. 2, disp. 9, n. 33. — *Lugo*, de Just. et Jure, disp. 18, n. 60. — <sup>12</sup> Tr. 13, de Restit., cap. 1, num. 167. — *Prado*, cap. 17, qu. 5, num. 29. — *Trull.*, Decal., lib. 7, cap. 14, dub. 8, num. 2. — *Suar.*, de Relig., tract. 5, lib. 2, cap. 23, num. 8. — *Salon*, in 2<sup>am</sup> 2<sup>ae</sup>, qu. 62, art. 5, contrav. 4, concl. 3, v. *Ex quo sequitur*. — <sup>14</sup> Decal., lib. 3, cap. 9, num. 27. — <sup>15</sup> Lib. 3, part. 1, n. 319.

*art. 1, ad 2, v. An vero contra*, tractat de promissione superflui, facta meretrici; et dicit promittentem teneri promissum solvere, «nisi excessus ad prodigalitem pertingeret. Nam tunc male promissum esset, in quo rescindenda esset fides». — Itemque tenet Serra, in *2am 2ae*, qu. 62, art. 5, dub. 3, § *Dicendum est 2<sup>o</sup>, v. An vero*; et pariter Martinus de Ledesma, in *2a 4<sup>i</sup>, qu. 18, art. 5, v. Circa secundum membrum*.

*h)* Bañez, in *2am 2ae*, qu. 62, art. 5, dub. 5, concl. 3, scribit: «Si quis promittat impudicae feminae aliquam quantitatem pretii, quam exhibere est prodigalitas, non tenetur postea adimplere promissum». — Et ita etiam Mercado, *de Contract.*, lib. 6, cap. 16, de las Promesas, § *Todas las veces*; Manuel Rodriguez, *Sum.*, part. 2, cap. 42, num. 4, (al., cap. 40, num. 4). — Itemque Aragon, qu. 89, art. 7, sed loquens in generali tantum de juramento promissorio.

*i)* Mich. de Palacios, *de Contract.*, lib. 5, cap. 11, v. *Verum adhuc*, id non habet, quod reperire potuerim. Omnes igitur isti aucto-

Juxta alios, ad nihil obligat.

Juxta s. Doctorem, verius obligat ad partem non prodigam.

obliget ad partem, quia utile per inutile non vitiatur. Et sic respondetur secundae sententiae Tamburini. — Ratio autem cur non obliget promissio ad excessum est, quia malitia prodigalitatē principaliter consistit in praestatione, minus vero principaliter in promissione; ideo enim non licet prodige promittere, quia illicitum est prodige dare. Posito igitur quod actus prodigae praestationis sit per se principaliter malus, minime unquam poterit ipse impleri sine peccato, neque executio poterit coonestari ab obligatione promissionis factae; quia nemo se potest obligare ad rem illicitam exsequendam, ut habetur ex regula juris 69 in 6<sup>o</sup>, ubi: *In malis promissis fidem non expedit observari*. Et consequenter pars acceptans, ex promissione ipsi facta, nullum potest jus acquirere ad id quod altera pars nequit sine peccato praestare. Et sic respondetur ad rationem primae sententiae.

Hinc inferunt 1<sup>o</sup>. Sotus<sup>g</sup>, et Ledesma<sup>g</sup>, Bañez<sup>h</sup>, Salon, Mercado<sup>h</sup>, Palacios<sup>i</sup> ac Manuel<sup>h</sup>, apud Sanchez<sup>1</sup>, quod si quis prodige aliquid promiserit meretrici pro usu corporis, non tenetur solvere excessum; quia, cum sit promissa res illicita ratione prodigalitatē, promissio nulla est. — Recte inferunt 2<sup>o</sup>. Salmant.<sup>2</sup> cum aliis a se citatis, quod si res promissa sit impartibilis, ad nihil tenetur promittens; quia tunc vere tota materia evadit illicita.

Juxta igitur hanc tertiam sententiam (ut ad casum nostrum veniamus), sponsus prodige promittens matrimonium cum res sit indivisibilis, et promissio tota per se illicita evadat, non tenebitur utique ad illam. — Nec obstat quod culpa prodigalitatē non excedat veniale peccatum. Quia promissio rei qualitercumque malae, adhuc venialiter, puta mentiendi, etc., nec etiam potest ullam parere obligationem; ut notant Salmant.<sup>3</sup> et certum est.

Pro conclusione igitur hujus puncti, mihi et aliis doctis junioribus (salvo sa-

pietiorum judicio) videtur dicendum 1<sup>o</sup>. Sponsus, qui antecellit in divitiis, in casu proposito non teneri ad matrimonium; necnon venialiter peccare ratione prodigalitatē, si illud contrahat. — Dicendum 2<sup>o</sup>. Hoc procedere, stando in terminis verae prodigalitatē: verumtamen, cum culpa prodigalitatē non sit plus quam venialis, quaevis mediocris justa causa vitium prodigalitatē auferre potest. Hinc satis excusabitur sponsus feminam disparē ducens, si noverit in ea aliquam specialem praerogativam, nimirum providentiae, devotionis, magnae honestatis, vel etiam alicujus dotis naturalis, propter quam putet sponsus cum illa quietam ducere vitam. Hinc infertur vix casum accidere posse quod sponsus eam ducere non teneatur; quia rarissime deerit aliqua ex his causis, quae culpam prodigalitatē excusabit. — Dicendum 3<sup>o</sup>. Quod casu quo sponsus vi promissionis copulam extorserit a virgine vel a femina honesta, tunc omnino tenetur eam ducere; quia proditio virginitatē aut bonae famae est res pretio inaeestimabilis, quae praevalet aut saltem aequivalet excessui disparitatē sponsi: et ideo, in eo casu, promissio facta bene est valida, cum jam adfuerit aequalitas in contractu, sine vitio prodigalitatē. Et hoc procederet, juxta id quod ait Lugo<sup>j</sup>, non solum cum femina famam amiserit, sed etiam cum se exposuerit periculo famae amittendae. — Hoc tamen currit si disparitas sit tantum in divitiis. Nam si sit in nobilitate, tunc, etiamsi interceserit defloratio, non tenetur vir ad matrimonium cum dedecore familiae, imo probabiliter nec etiam ad damnum illatum; ut diximus *Lib. III, n. 643, Dubit. 1.*

Ad id autem quod doctores dicunt (ut supra diximus), scilicet quod talis sponsus non potest illud dispar matrimonium inire (intellige dispar tantum ratione divitiarum, non autem nobilitatē cum dedecore familiae, ut jam distinximus), si probabiliter

Sponsus antecellens divitiis, et contrahens, venialiter peccat.

Mediocris causa in casu excusata a prodigalitate.

Filius non tenetur abstinere cum suo gravi incommodo.

Si copulam extorsit, tenetur contrahere.

Antecellens nobilitate, non tenetur contrahere, etsi copula adfuit.

Si timeantur scandala ex matrimonio inaequali:

timeantur damna aut odia propinquorum: rationem afferentes, quia eo casu graviter peccaret sponsus contra caritatem; et ideo, cum matrimonium illud contrahere tunc esset res illicita, non potest promissio facta ad illam obligare. — Et ob eandem rationem dicit Sanchez<sup>1</sup> cum Navarro, Corduba, Lopez et Gutierrez, hoc dicendum, etiamsi sponsa deflorationem passa fuerit. Et etiamsi (ut addit Sanchez<sup>2</sup> cum Lopez) nulla sit inter contrahentes disparitas.

Fateor quidem hanc esse communem sententiam, et per se loquendo veram, quando filius commode hujusmodi scandala vitare posset. — Sed si non posset sine gravi suo incommodo, rationi adductae videtur obstare quod caritas non obligat cum gravi incommodo. Hinc puella ad vitanda scandala virorum, non tenetur perpetuo domi manere, ne diu sua libertate privetur; quia grave incommodum hoc ipsi esset (ut dictum est *Lib. II, n. 53, v. Si vero*, cum Cajetano, Sanchez, Palacios<sup>h</sup>, Lessio<sup>h</sup>, Navarro<sup>h</sup>, Azor<sup>h</sup>, Salmant., Sporer et aliis). — Si ergo mulier, ne sua libertate diu privetur, non tenetur longo tempore abstinere ab egrediendo, etiamsi alii scandalum sint passuri; quomodo filius tenebitur sub mortali, ne parentes scandalum patiantur (sine tamen eorum dedecore, ut supponimus), a matrimonio desiderato abstinere? Fortene sponsus non videtur grave incommodum subiturus, si omittere cogatur matrimonium cum puella cum qua credit quietam ducturum vitam, ob vehementem amoris passionem qua se sentit affectum erga illam? Grave quidem incommodum praecedenti Quaestione retulimus, qui ideo excusant a culpa gravi filios matrimonium

<sup>1</sup> De Matr., lib. 1, disp. 14, n. 3. - *Navarr.*, Man., cap. 16, n. 18. - *Cordub.*, Quaest. nov., lib. 1, qu. 13. - *Ludov. Lopez*, Instruct. nov., part. 1, cap. 76, v. *Atque hoc quod immediate*. - *Gutier.*, Quaest. canon., lib. 1, cap. 20, n. 23. - <sup>2</sup> Loc. cit., n. 3. - *Ludov. Lop.*, loc. cit. —

ineuntes invitis parentibus; quia (ut dicunt Sanchez<sup>3</sup>, Escobar<sup>4</sup> et Salmant.<sup>5</sup>) per matrimonium quisque perpetuae obligatur servituti, maxima secum afferenti onera, quae, nisi ex omnino spontanea voluntate suscipiantur, difficillime perferri poterunt. Si igitur ob hoc motivum excusantur filii ab obsequio parentibus debito; cur non ob eandem rationem excusabuntur a praeepto caritatis, quod cum gravi incommodo non obligat?

Quapropter melius dicendum mihi et aliis doctis junioribus videbatur cum Palao<sup>6</sup>, tunc filios teneri sub mortali obedire parentibus, ab hujusmodi matrimonio abstinendo, quando possunt sine gravi suo incommodo. Tanto magis quod (ut dicunt ipse Sanchez<sup>7</sup> et Holzmann<sup>8</sup>) hujusmodi scandala, quamvis antea jactentur, inito tamen matrimonio facile evanescent, et animi conciliantur. — Caeterum, cum hoc sit contra communem, propterea sapientibus discutiendum relinquo<sup>1)</sup>.

852. - « 7<sup>o</sup>. Resiliens culpabiliter a sponsalibus perdit suas arrhas; et tenetur ad alterius partis reddendas, ac ad restitutionem, quanti ejus intererat talem contractum impleri ».

Hic autem notandum 1<sup>o</sup>. Quod si a muliere promittitur aliquid viro ut eam ducat, valet quidem promissio, prout habetur ex cap. *De illis, de condit. appos.*, quia tunc promissio praesumitur facta causa dotis. Secus, si vir promittit aliquid mulieri si secum nupserit; quia tunc promissio praesumitur facta ob causam turpem, nempe libidinis explendae. Ita communiter Sanchez<sup>9</sup> et Salmant.<sup>10</sup> cum aliis passim; ex leg. *Si ita stipulatus, § Si tibi*, ff. *de verb. oblig.*, ubi id expresse habetur. — Excipiunt tamen, si vir sit ignobilis aut senex, et mulier sit nobilis aut

<sup>2</sup> De Matr., lib. 4, disp. 23, n. 10. — <sup>4</sup> Lib. 25, de Matr., n. 723. — <sup>5</sup> Tr. 9, cap. 6, n. 23. — <sup>6</sup> Tr. 23, disp. 2, punct. 12, n. 9. — <sup>7</sup> De Matr., lib. 1, disp. 14, n. 3, i. f. — <sup>8</sup> De Matr., num. 266. — <sup>9</sup> De Matr., lib. 1, disp. 33, num. 4. — <sup>10</sup> T. 9, cap. 1, n. 108.

<sup>h</sup>) De Palacios, Lessio, Navarro et Azor, vide notas *b, c et d*, ad dictum *lib. 2, n. 53.*

<sup>1)</sup> Ita profecto S. Doctor scribebat jam in secunda editione Operis. Sed postea, videlicet in *Istruz. e Pratica, cap. 18, n. 16*, de hoc argumento scripsit: Sed cum obligatio

matrimonium non contrahendi in hoc casu, non esset nisi caritatis actus, nescio quomodo posset obligari sponsus, cum suo damno aut incommodo gravi, ad abstinendum a tali matrimonio, ut vitet odia inter parentes, nisi casu quo tale matrimonium gravem per-

Tenetur abstinere, si potest sine gravi incommodo.

Resiliens culpabiliter perdit arrhas.

Vir et mulier sibi promittentes aliquid pro matrimonio.

Sed non ad excessum.

Quid de pretio meretrici.

Quid, si res sit indivisibilis.

Sponsus prodige promittens matrimonium, non tenetur.

Salon, loc. cit. - <sup>1</sup> De Matr., lib. 1, disp. 14, n. 1. - <sup>2</sup> Tr. 13, cap. 1, n. 167. - <sup>3</sup> Loc. cit., n. 167.

res parum diligenter citantur a Salmant. et a Sanchez.

<sup>j</sup>) Lugo, *de Just. et Jure, disp. 12, n. 34*, id dicit, non quidem de casu disparis conditionis, sed in generali de vidua bonae famae,

quae ex promissione ficta matrimonii copulae consensisset: « Ejus copula, inquit, videretur digna tali promissione propter periculum cui se exponit infamiae et difficultatis ad invenientas commode nuptias ».



juvenis; quia tunc promissio juste fit in compensationem nobilitatis, aut juvenutis<sup>a)</sup>: ex leg. *Mulieres, C. de dignit.*

Poenae generaliter appositae in sponsalibus, illicitae et invalidae.

853. - Notandum 2<sup>o</sup>. Quod promissio poenae appositae in sponsalibus in resilientem est illicita et invalida, ex cap. *Gemma, de sponsal.*, quia per hujusmodi poenam matrimonii libertas laederetur. Ita in textu praefato: *Cum itaque libera matrimonia esse debeant, et ideo talis stipulatio propter poenae interpositionem sit merito improbanda.* — Hinc communissime dicunt doctores peccare qui sponsalia cum hac poena contrahunt. Alii vero dicunt id esse mortale; ut Bonacina<sup>1</sup> et Salmant.<sup>2</sup> Alii autem censent esse veniale; ut Sanchez<sup>3</sup>; Bossius<sup>4</sup> cum Cajetano, Armilla, Gutierrez et Rebello.

Quid de gravitate culpae.

Hoc autem procedit si poena apponatur a sponsis, vel ab eorum consanguineis aut amicis<sup>a)</sup>; ut communiter tenent Palaus<sup>5</sup>, Sanchez<sup>6</sup>; et Salmant.<sup>7</sup> cum Aversa, Lopez et Cornejo. Non vero, si apponatur ab extraneo; ut iidem auctores, ex leg. *Titia, ff. de verb. oblig.* Ratio, quia in primo casu etiam minuetur libertas matrimonii, eo quod sponsi illud possunt inire ne propinqui vel amici talem poenam solvant. Secus tamen accidit, cum poena motu proprio ab extraneis apponitur. — Praeterea advertendum id procedere, si poena generaliter apponatur etiam in eum qui juste resiliat; tunc enim certum est apud

<sup>1</sup> Qu. 1, punct. ult., n. 3. — <sup>2</sup> Tr. 9, cap. 1, n. 94. — <sup>3</sup> Lib. 1, disp. 30, n. 2. — <sup>4</sup> De Matr. Contractu, cap. 11, n. 415. — *Cajetan.*, Sum., v. *Sponsalitia*. — *Armilla*, v. *Sponsalitia*, n. 14. — *Gutierrez*, de Matr., cap. 17, a n. 1. — *Rebell.*, part. 2, lib. 4, qu. 7, n. 4. — <sup>5</sup> Tr. 28, disp. 1, punct. 9, n. 1. — <sup>6</sup> Lib. 1, disp. 30, n. 3. — <sup>7</sup> Tr. 9, cap. 1, n. 95. — *Aversa*, qu. 8, sect. 9, v. *Tertio*. — *Greg. Lopez*, part. 5, tit. 11, ley 39, gloss. 1. — *Cornejo*, tr. 6, disp. 2, dub. 7. — <sup>8</sup> De Matr., qu. 1, punct. ult., n. 1. — <sup>9</sup> De Matr. Contractu, cap. 11, n. 429. — <sup>10</sup> De Matr., diss. 2, cap. 1, n. 30.

turbationem, pluribus familiis communem, in oppido parvo afferret, ita ut posset aliquo modo reputari damnum commune totius fere loci ».

852. - a) Lex *Mulieres* dicit mulierem quae habet virum inferioris conditionis, fieri et ipsam ejusdem conditionis, et sequi mariti conditionem.

853. - a) Palaus et Sanchez addunt tutores et dominos; Aversa addit superiores vel potentes (et idem ait Cornejo) qui possunt damnum inferre ipsi parti; et idipsum innuit

omnes, promissionem poenae non obligare, sed

Quaeritur 1<sup>o</sup>. *An promissio talis poenae sit valida et licita, si adjiciatur in injuste resilientem?*

Prima sententia satis probabilis negat; et hanc tenent Sanchez<sup>b)</sup>, Bonacina<sup>8</sup>, Bossius<sup>9</sup>, Concina<sup>10</sup>; et Aversa, Becanus<sup>b)</sup> et Dicastillus, apud Salmant.<sup>11</sup>. — Et probant ex leg. *Titia 134, ff. de verb. oblig.*, ubi dicitur: *Quia inhonestum visum est, vinculo poenae matrimonia obstringi, sive futura, sive jam contracta.* Item ex leg. *Mulier*, § *fin. C. de sponsal.*, ubi: *Si cautio poenam stipulationis continens fuerit interposita, ex utraque parte nullas vires habebit; cum in contrahendis nuptiis libera potestas esse debeat.* Probant etiam ratione, quia adhuc libertas laederetur. Posset enim accidere quod pars quae juste posset resilire, nequiret suam causam in judicio probare; et sic invita nuptias iniret.

Adjecta in injuste resilientem, probabiliter illicita et invalida.

Secunda vero probabilior sententia affirmat. Et hanc tenent Pontius<sup>12</sup>, Laymann<sup>13</sup>, Roncaglia<sup>14</sup>; Holzmann<sup>15</sup> cum Anacleto et Haunold; Palaus<sup>16</sup> cum Suarez<sup>c)</sup>, Vasquez et Coninck; ac Salmant. cum Leandro et Diana. — Ratio, quia talis adjectio poenae non est neque contra jus naturale neque positivum. — Non contra naturale; quia per se rationabile est poenam imponi culpabiliter resilienti: nec est contra libertatem ad matrimonium

Probabiliter valida et licita.

— *Aversa*, qu. 8, sect. 9, v. *Sed retinenda*. — *Dicast.*, de Matr., disp. 1, dub. 26, n. 361. — <sup>11</sup> Tr. 9, cap. 1, n. 96. — <sup>12</sup> De Matr., lib. 12, cap. 19, num. 8. — <sup>13</sup> Lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 1, n. 8. — <sup>14</sup> Tr. 21, qu. 1, cap. 2, qu. 3, resp. 2. — <sup>15</sup> De Matr., n. 203. — *Anacl.*, Jus can., lib. 4, tit. 1, n. 188. — *Haun.*, de Just. et Jure, tr. 4, n. 364. — <sup>16</sup> Tr. 28, disp. 1, punct. 9, n. 3. — *Vasq.*, opusc. de Testam., cap. 3, dub. 2, n. 28. — *Coninck*, disp. 22, dub. 5, n. 29. — *Salmant.*, tr. 9, cap. 1, n. 97. — *Leand.*, tr. 9, disp. 1, qu. 52. — *Diana*, part. 3, tr. 4, resol. 211.

Lopez, dicens valere hanc poenae promissionem factam ab extraneis, « quando ex tali promissione extraneorum libertas inter contrahentes in aliquo non laederetur ».

b) Sanchez, *loc. cit.*, n. 2 et n. 11 et seqq., negat utique poenam illam peti posse ut poenam; sed affirmat eam peti posse ratione damni. — Et Becanus, de *Sacr.*, cap. 43, qu. 16, n. 2 et 7, idem tenet.

c) Suarez, de *Relig.*, tr. 5, lib. 2, cap. 23, n. 5, dicit hanc resolutionem « fortasse » esse veram.

requisitam impedire sponsos ab injuste resiliente. Licet enim jura in matrimonio approbent libertatem rationabilem, reprobant tamen irrationabilem; et ideo non officit libertati matrimonii, quod iudex cogat sponsos ad contrahendum per censuras, carcerem aut poenam pecuniariam, cum talis metus juste incutiatur. Quod autem aliquando posset aliquis juste resilire, et non posset probare, hoc per accidens se habet, et fundamentum nostrae sententiae non elidit. — Neque obstant leges supra allatae. Nam in tantum hae leges promissionem poenae in sponsalibus irritabant, in quantum olim ex jure civili ad sponsalia solvenda sufficiebat voluntas unius partis, sive cum causa sive sine causa resiliebat; ut patet ex leg. 1, C. de sponsal., et Glossa ibi. Sed de jure canonico, ex cap. *Praeterea 2, de sponsal.*, omnino requiritur consensus utriusque.

Caeterum in leg. *Mulier, C. de sponsal.*, approbatur tamquam valida et licita poena solvendi duplum, triplum vel quadruplum<sup>a)</sup> pro arrhis, quas injuste resilientes acceperit. Imo Leo imperator in *constit. 18* (ut videre potes apud Pontium) expresse approbat adjectionem poenae in sponsalibus contra inconstantes, sive injuste resilientes, addens id esse jam consuetudine firmatum.

Quaeritur 2<sup>o</sup>. *An juste resilientes a sponsalibus teneatur solvere poenam promissam, si promissionem juramento firnaverit?*

Prima sententia affirmat; et hanc tenent Lessius<sup>1</sup>, Molina<sup>2</sup>, Suarez<sup>e)</sup> et Coninck<sup>e)</sup>. — Ratio, quia, licet sit vetita promissio poe-

Poenae promissa et jurata, juxta alios, obligat juste resilientem.

*Pont.*, de Matr., lib. 12, cap. 19, n. 9. — <sup>1</sup> Lib. 2, cap. 17, n. 56, v. *Ubi... decimo*. — <sup>2</sup> De Just., tr. 2, disp. 151, n. 22, i. f. — <sup>3</sup> De Matr., lib. 1, disp. 32, n. 21. — <sup>4</sup> Loc. cit., n. 6. — <sup>5</sup> Cap. 11, n. 443. — *Barb.*, Collect. ad cap. *Gemma*, de sponsal. et matr., n. 6. — *Bonac.*, de Matr., qu. 1, punct. ult., n. 2. — *Fill.*, tr. 10, cap. 7, n. 264. — *Villal.*, part. 1, tr. 12, diff. 10, n. 5. — <sup>6</sup> Tr. 28, disp. 1, punct. 9, n. 6. — *Gomez*, Variar. resol. tom. 2, cap. 14, n. 24. — *Covarr.*, de Testam., Rubr., part. 2, n. 53 et 54. —

nae, non tamen est vetita ejus solutio, quae aut vi obligationis naturalis, aut saltem juramenti debetur: juxta dicta *Lib. III, n. 177*, ubi dictum est ex cap. *Debitores, de jurejur.*, juramentum obligare, esto promissio facta irritetur a jure in odium iniqui creditoris, prout est promissio solvendi usuras.

Secunda vero sententia probabilior negat. Et hanc tenent Sanchez<sup>3</sup>, Pontius<sup>4</sup>; Bossius<sup>5</sup> cum Barbosa, Bonacina, Filiuccio et Villalobos; Palaus<sup>6</sup> cum Gomez, Covarruvias et Gutierrez; Escobar<sup>7</sup> cum Bartolo, Angelo et Praeposito; ac Salmant. cum Aversa, Trullench, Cornejo et Dicastillo. — Ratio: tum quia, cum adjectio poenae contra juste resilientem sit iniqua et ideo illicita, non obligat juramentum, quod non potest esse vinculum iniquitatis; tum quia jus prohibens promissionem poenae, non tam promissionem interdicat quam solutionem: non tam enim promissio quam solutio matrimonii libertatem laedit.

Probabiliter non obligat.

In contractu vero usurario irrita est promissio, non autem solutio usurarum; et ideo promittens tenetur ad juramentum.

Quaeritur 3<sup>o</sup>. *An, si poena in sponsalibus adjecta solvatur, teneatur recipiens illam restituere?*

Prima sententia negat; et hanc tenent Sanchez<sup>8</sup>, Lessius<sup>9</sup>; et Escobar<sup>10</sup> cum Molina<sup>f)</sup>, Henriquez<sup>f)</sup>, Vega<sup>f)</sup>, Lopez<sup>f)</sup>, etc. — Ratio, quia jura solam promissionem irritant, non vero solutionem. Et confirmant ex simili, nempe quod recipiens pecuniam victam in ludo vetito non tenetur restituere, licet victus non tenebatur eam solvere.

Recipiens poenam, juxta alios, non tenetur restituere.

*Gutierrez*, de Matr., cap. 17, n. 18 et seqq. — <sup>7</sup> Lib. 24, n. 195. — *Bartol.*, in l. *Si quis pro eo 58*, ff. de fidejussor. et mandator., n. 6 et 7. — *Angel. de Ubaldis*, in l. *Si quis pro eo 56*, ff. de fidejussor., n. 6. — *Praepos.*, in cap. *Gemma*, de sponsal., n. 2. — *Salmant.*, tr. 9, cap. 1, n. 100. — *Aversa*, qu. 8, sect. 9, v. *Quarto*. — *Trull.*, lib. 7, cap. 1, dub. 11, n. 3. — *Cornejo*, tr. 6, disp. 2, dub. 7, qu. 2. — *Dicast.*, de Matr., disp. 1, dub. 26, n. 371. — <sup>8</sup> Lib. 1, disp. 31, n. 2. — <sup>9</sup> Lib. 2, cap. 17, n. 56, v. *Ubi... decimo*. — <sup>10</sup> Lib. 24, n. 192.

a) Lex ista loquitur de duplo, et negat quadruplum valere nisi ex conventionione.

e) Suarez contra, de *Relig.*, tr. 5, lib. 2, cap. 23, n. 5; et cap. 24, n. 8, tenet secundam sententiam, quam ipse S. Alphonsus amplectitur. — Idemque de Coninck, *disp. 22, dub. 5*,

num. 28, notandum est, nisi, ut ipse limitat, « quis expresse jurasset solvere poenam, etsi justa causa resilienti intercederet: quia tunc juramentum obligaret ».

f) Molina, de *Just.*, tr. 2, disp. 515, n. 11; Henriquez, lib. 7, cap. 35, n. 6, lit. a et n;

Probabilis; tenetur.

*Secunda* tamen sententia probabilior affirmat. Et hanc tenent Salmant.<sup>1</sup> cum Dicastillo; Bossius<sup>2</sup> cum Hurtado, Gutierrez<sup>3</sup> et Mascardo<sup>4</sup>; ac Palaus<sup>5</sup> cum Soto<sup>6</sup>, Medina<sup>7</sup>, Lopez<sup>8</sup>, etc. — Ratio, quia recipiens non habet titulum retinendi, cum jus omnino talem promissionem irritet; ut patet ex leg. *Mulier*, § *fin.*, C. de sponsal., ubi dicitur quod talis adjectio poenae ex utraque parte nullas vires habebit. Unde, deficiente titulo, nequit ille dominium soluti acquirere. — Nec obstat paritas ludi. Nam ibi ideo victor pecuniam recipiens non tenetur restituere, quia contractus per se est validus, et jura tantum praebent actionem victo repetendi solutum (ut diximus *Lib. III, n. 887*); ac ideo potest victor retinere illud usquedum in iudicio repetatur. — Bene tamen Palaus cum Gutierrez hanc secundam sententiam limitat, nisi qui solverit poenam jam noverit se non esse obligatum; quia tunc recte censetur donasse<sup>9</sup>.

<sup>1</sup> Tr. 9, cap. 1, n. 106. - *Dicast.*, de Matr., disp. 1, dub. 27, n. 388. - <sup>2</sup> Cap. 11, n. 449. - *Gasp. Hurtad.*, disp. 1, diff. 18, n. 77, i. f. - <sup>3</sup> Tr. 28, disp. 1, punct. 9, n. 8. - *Palaus*, loc. cit., n. 9. - *Gutierr.*, de Matr., cap. 17, n. 15. - <sup>4</sup> Cap. 11, n. 454. - *Gutierr.*, loc. cit., n. 16. - <sup>5</sup> Tr. 9, cap. 1, n. 107. - <sup>6</sup> Cap. 11, n. 468. - *Mol.*, de Just., tr. 2,

Vega, *Sum. silva*, lib. 3, cas. 288; Ludov. Lopez, *de Contract.*, lib. 2, cap. 22, concl. 3, disputant de casu simili, nempe de ludo.

<sup>8</sup> Gutierrez non tatur a Bossio pro hoc asserto generali, sed pro limitatione infra ponenda; et revera Gutierrez, *de Matr.*, cap. 17, n. 15 et seqq., negat teneri ad restitutionem ante iudicis sententiam, si per errorem alter dederit, credens se ad id obligatum esse; si vero sponte dederit, sciens nullam obligationem adesse, recipientem non esse condemnandum ad restitutionem. — Mascardus a Bossio citatur pro ultimo tantum asserto, scilicet donationem in dubio non praesumi; quod utique habet Mascardus, *de Probat.*, concl. 555, n. 1 et seqq.

<sup>9</sup> Sotus, *de Just.*, lib. 4, qu. 5, art. 2, v. f.; Barthol. Medina, *Sum.*, lib. 1, cap. 14, § 29, reg. 2, loquuntur de casu simili, scilicet de ludo. Et negant posse retineri, nisi sit libera donatio. — Ludov. Lopez pariter de ludo loquitur, *loc. cit.*, et dicit tutius esse quod restituat; oppositum tamen esse satis probabile.

<sup>10</sup> Hanc eandem limitationem apponunt Salmant., *loc. cit.*, et Bossius, *num. 452*. — Dicastillus vero aliam similem ponit; quamvis enim, n. 386, absolute dixerit satis esse

In dubio autem haec donatio non praesumitur; ut recte ait Bossius<sup>4</sup> ex Gutierrez, juxta <sup>11</sup> leg. *Campanus*, ff. de oper. libert.

Quaeritur <sup>4</sup>. *An debeatur legatum relictum puellae sub conditione nubendi cum aliquo viro, si illa cum alio nubat?*

Per se loquendo, certum est non deberi, ex leg. *Titio*, § 1, ff. de condition. et demonstr. Quia, cum libere possit puella tales nuptias acceptare vel respuere, hic non laeditur libertas ad matrimonium requisita.

Excipiendum tamen, nisi alioquin a patre gravetur legitima filiae debita<sup>12</sup>, vel nisi ipsa inducatur ad nubendum cum indigno<sup>13</sup>; quia tunc conditio illa rejicitur tamquam turpis, et debetur ei legatum, si ipsa nubat cum alio, ex leg. *Cum ita*, § *Videamus*, ff. eod. tit. Ita communiter Salmant.<sup>5</sup>; et Bossius<sup>6</sup> cum Rota Romana<sup>7</sup>, Molina, Gutierrez, Villalobos, Laymann, Pontio, Vasquez, etc. — Idem ait Bossius<sup>7</sup> cum Covarruvias<sup>8</sup>, Sanchez,

disp. 207, n. 5. - *Gutierr.*, de Matr., cap. 20, n. 4, 8 et 9. - *Villal.*, part. 2, tr. 30, diff. 30, n. 8. - *Laym.*, lib. 3, tr. 5, cap. 10, n. 13. - *Pont.*, de Matr., lib. 3, cap. 7, a. n. 2. - *Vasq.*, opusc. de Testam., cap. 8, § 2, n. 38. - <sup>7</sup> De Matr. Contractu, cap. 11, num. 469. - *Sanch.*, de Matr., lib. 1, disp. 33, n. 13.

probabile et tutum in praxi, posse retineri; attamen, n. 388, ita distinguit: « Si solutio poenae fiat nulla coactione praecedente; quia nimirum si non solvat, neque rixae et seditiones cum aliis, neque infamia aut dedecus illi proveniant, sed libere si velit possit resilire, et omnino spontanee velit illam poenam solvere, poterit retinere recipiens titulo gratioso...; si vero eo ipso quod non solvat, aliquid praedictorum prudenter timeat, et ob id vitandum poenam solvat, non video titulum in recipiente ad retinendum quod sic accepit... quia coactus dedit ».

<sup>11</sup> Lex ista referenda est non ad casum dubii, sed ad limitationem quae prius posita est; dicit enim: « Si cum sciret posse se id recusare, obligari se passus sit, non inhibendam operarum petitionem, quia donasse videtur ».

<sup>12</sup> Villalobos non habet hanc exceptionem. <sup>13</sup> Exceptionem istam pro sola virgine ponunt Bossius, Gutierrez, Vasquez.

<sup>14</sup> Rota Romana citatur a Bossio non pro his exceptionibus, sed pro principali propositione; et ita habetur ap. Farinacium *Decis. Rotae*, part. 1, decis. 80; et ap. Riccium, *Collectan. decision.*, part. 4, collect. 1351.

<sup>15</sup> Covarruvias ita sane a Bossio citatur;

Quid de legato relicto puellae ut nubat cum aliquo.

Legatum relictum ut non nubat.

Sponsalia olim transuentia in matrimonium.

Gutierrez<sup>9</sup>, Molina, Villalobos, etc. (contra Pontium<sup>10</sup> et alios *ibid*<sup>11</sup>) si puella, ut obediat patri, alium ducat. Quia, adhuc admissa sententia, quam tenet et objicit Pontius, quod filia non peccet si nubat personae dignae sine consensu patris; tamen (ut vidimus n. 849, Qu. 1.) commune est inter doctores, esse contra honestatem non expectare in nuptiis patris consensum: et ideo, cum puella non possit honeste nubere, patre non consentiente, non debet legato privari. Sed huic responderi potest quod ex hac eadem justa causa, nempe ne illa legatum amittat, satis ab hujusmodi deonestate excusaretur, si cum persona designata digna ipsa nuberet.

Quaeritur <sup>5</sup>. *An legatum relictum mulieri ut non nubat, debeatur ei si nubat?* — Vide dicta *Lib. III, n. 930*, v. *Dubit.* 7, ubi diximus deberi, si mulier esset virgo; secus, si vidua.

854. - « Resp. II°. Ubi Tridentinum non est receptum, sponsalia jure antiquo transeunt in matrimonium per quaevis signa externa, maritali affectu exhibita, v. gr. per copulam. — Dico: ubi Tridentinum, etc.; quia ubi hoc receptum est, haec signa non tenent, si sint clandestina: ideoque graviter in iis peccari potest<sup>a</sup> ».

*Molina*, de Primogen., lib. 2, cap. 13, n. 22. - *Villal.*, part. 2, tract. 30, diff. 30, num. 9. - <sup>1</sup> *Bossius*, cap. 11, num. 470. - <sup>2</sup> De Matr., lib. 9, disp. 46, num. 50 et 51. - <sup>3</sup> Part. 2, tract. 17, resol. 6; tract. 15, resol. 31; et part. 4,

sed, *de Matr.*, part. 2, cap. 3, § 8, num. 2, hanc opinionem ex alio quodam auctore affert, et ipse concludit: « De hujus tamen responsi veritate, nihil quod mihi certum sit, modo asseverare possum ».

<sup>9</sup> Gutierrez, *de Matr.*, cap. 20, num. 11, ita temperat hanc sententiam, ut, « ipsa femina parata sit Titio nubere, a parente tamen impediatur »; et « insuper adderem ipse, inquit, quod bona fide et absque fraude id fiat; alias namque secus esset ».

<sup>10</sup> Pontius, *de Matr.*, lib. 3, cap. 7, n. 5, distinguit inter jus antiquum et jus novum; et in jure novo dicit legatum perire in casibus quibus licite potest nubere absque consensu patris, in casibus vero quibus tenetur consensum expectare, legatum non perire.

854. - « Nunc autem, ex decreto Leonis XIII Consensus mutuus, diei 15 Februar. 1892, sponsalia non amplius transeunt in matrimo-

« Unde sequens casus resolvitur: « Sponsis non licent tactus impudici, cum proxime disponant ad copulam et pollutionem: etsi liceant amplexus et oscula in signum amoris. — Sanchez<sup>2</sup>. « Vide Diana<sup>3</sup> ».

Quaeritur: *an inter sponsores sint peccata mortalia oscula et tactus pudici, si fiant ad captandam voluptatem?* (dicitur: *pudici*; nam certum est impudicos esse lethalia). — Duplex adest sententia:

*Prima* sententia, quam tenent Sanchez<sup>4</sup>; ac Salmant.<sup>5</sup> cum Aversa, Diana et Azor<sup>6</sup>, dicit esse tantum venialia; licet intendatur delectatio carnalis, et adsit commotio spirituum genitalium, dummodo non sit magna, et absit periculum pollutionis vel consensus in copulam. — Ratio, quia, sicut matrimonium cohonestat copulam, sic sponsalia, quae sunt quaedam inchoatio matrimonii, cohonestant tales actus, qui sunt copulae inchoatio. Eo magis, quia per illos plus fovetur amor ad matrimonium contrahendum. — Adduntque Salmant.<sup>6</sup> praedictos actus excusari etiam a veniali, si adsit causa justa, v. gr. ostendendi amorem, captandi benevolentiam, effugiendi inurbanitatem vel servandi morem patriae.

*Secunda* sententia, longe probabilior et omnino sequenda, quam tenent Lessius<sup>7</sup>,

tr. 4, resol. 131. - <sup>4</sup> *Loc. cit.*, num. 48 et 49. - <sup>5</sup> Tr. 9, cap. 15, n. 91. - *Aversa*, qu. 21, sect. 8, v. *Duodecimo*. - *Diana*, part. 2, tract. 17, resol. 6. - <sup>6</sup> *Tract.* 9, cap. 15, num. 91.

nium per copulam affectu conjugali habitam; Pontifex enim abrogat et abolet quascumque juris canonici de ea re dispositiones, et decernit ac mandat, « ne deinceps illis in locis in quibus conjugia clandestina pro validis habentur... copula carnalis sponsalibus superveniens non amplius ex juris praesumptione conjugalis contractus censeatur, nec pro legitimo matrimonio agnoscat seu declaretur ».

<sup>1</sup> Azor, *part. 3, lib. 3, cap. 25, qu. 3*, affirmat actus istos « esse licitos » inter sponsores, etsi fiant ob delectationem sensus, uti liquet ex collatione hujus *qu. cum qu. 2*. Et ratio est: « Quoniam ista inter eos sunt signa amoris confirmatoria sponsalium contractuum ».

<sup>2</sup> Lessius, *lib. 4, cap. 3, n. 59*, id docet in generali tantum, et addit: « Unde etiam inter sponsores censeo plane dissuadenda, si causa voluptatis fiant ».

Tactus impudici, inter sponsores illiciti.

Oscula et tactus pudici, ad captandam voluptatem carnalem:

Juxta alios, venialia dumtaxat.

Longe probabilius, vetita sponsis sicut ceteris.

Mazzotta <sup>f)</sup>, Roncaglia <sup>1</sup>, Concina <sup>2</sup>; Bonacina <sup>3</sup> cum Henriquez <sup>d)</sup> et Rebello <sup>d)</sup>, Croix <sup>4</sup> cum Mendo et aliis; ac Viva <sup>5</sup> cum Suarez <sup>e)</sup>, Perez <sup>f)</sup> et Hurtado <sup>f)</sup>, docet, tales actus prohibitos esse sponsis eodem modo quo vetantur omnino solutis. — Ratio, quia sponsus ratione sponsaliorum nullum acquirit jus ad corpus sponsae: et si forte aliquale jus acquirit per sponsalia, quia tamen non adhuc est perfecte dominus rei, non potest re illa uti, ne imperfecte quidem. Sicuti ille cui promissa est venditio vineae, nequit illa uti, ne imperfecte quidem, donec vinea de facto ei vendatur et tradatur. — Praeterea, cum sponsis non liceat copula, nec licent tales actus, qui tantum ad copulam sunt ordinati.

Concedunt tamen Croix <sup>6</sup> et Viva <sup>7</sup>, cum aliis auctoribus ab ipsis adductis, quod oscula et amplexus juxta morem patriae aliquando sponsis permitti possunt, sed non aliter quam solutis permittuntur. Et hoc est probabile: modo tales actus non sint pressi, per aliquod tempus protracti, ut bene advertit Roncaglia <sup>8)</sup>. — Qui etiam eos admittit ad benevolentiae demonstra-

tionem. Sed ego non admitterem, nisi ubi talis vigeret usus; ut etiam ait Mazzotta <sup>9</sup>.

Id autem quod dicunt Busenbaum (*Lib. III, n. 431, v. Resp. 2.*), et Lessius <sup>h)</sup> cum Navarro, Toletus <sup>h)</sup>, Cajetano <sup>h)</sup>, etc., nempe quod sponsis liceant tactus pudici, si intendant delectationem tantum sensitivam, secus vero si veneream: recte ajunt Roncaglia <sup>9</sup> et Croix <sup>10</sup> non esse practice probabile; quia ordinarie semper aderit certum periculum consentiendi in delectationem veneream, cum sensitiva tam conjunctam. — Qua ratione spectata, prima etiam sententia nec practice probabilis est; quia in materia tam labili moraliter est impossibile in talibus actibus, causa voluptatis habitis, se continere a non labendo in pollutionem vel copulae consensum.

An autem sponsis liceat delectari de copula futura? — Vide dicta *Lib. V, n. 24*, ubi sententiam negativam (contra Bonacina <sup>i)</sup>, Salmant. <sup>i)</sup>, etc.), omnino tenendam diximus cum Holzmann, Palao, Laymann <sup>i)</sup>, Sanchez <sup>i)</sup>, Roncaglia, etc.; quibus adde Lessium <sup>i)</sup> et Mazzotta <sup>11</sup>.

Quid de tactibus ad delectationem sensitivam.

Delectatio in sponsis de copula futura.

<sup>1</sup> Tr. 12, de 6<sup>o</sup> Praec., cap. 1, qu. 6, resp. 1. — <sup>2</sup> De Matr., diss. 4, cap. 2, n. 9. — <sup>3</sup> De Matr., qu. 4, punct. 9, n. 6. — <sup>4</sup> Lib. 6, part. 3, n. 151. — *Mendo*, Statera, diss. 5, qu. 12, n. 116 et seqq. — <sup>5</sup> De Matr., qu. 1, art. 7, n. 6

et 7. — <sup>6</sup> Loc. cit., n. 151. — <sup>7</sup> Loc. cit., n. 6. — <sup>8</sup> Tr. 7, disp. 2, qu. 2, cap. 2, v. *Quaer. 1.* — <sup>9</sup> Tr. 12, de 6<sup>o</sup> Praec., cap. 1, qu. 6, resp. 1. — <sup>10</sup> Lib. 6, part. 3, n. 151, i. f. — <sup>11</sup> Tr. 7, disp. 2, qu. 2, cap. 2, v. *Quaer. 2<sup>o</sup>.*

<sup>d)</sup> Henriquez, *lib. 11, cap. 19, n. 4, i. f.*, haec scribit: «Cum filia de futuro desponsata honesti amplexus et oscula ad benevolentiam concedebantur a viris doctis. Sed permitti non debent, cum jam sponsalia per copulam affectu maritali non transeant in matrimonium». — Rebullus, *part. 2, lib. 3, qu. 19, sect. 2, num. 1*, loquitur de osculis, etc., quae habentur «causa delectationis libidinosae».

<sup>e)</sup> Suarez, *de Peccat., disp. 5, sect. 7, n. 12*, generaliter ait: «Delectari in actu qui nunc est per se malus, apprehenso tamen prout in futuro tempore erit honestus, esse ex genere suo mortale, si actus sit talis».

<sup>f)</sup> Perez et Gaspar Hurtadus non satis recte citantur a Viva; Perez enim, *de Matr., disp. 8, sect. 6, n. 7*, loquitur de osculis, etc., etiam non impudicis, quae «fiunt causa delectationis sensibilis seu libidinosae quae percipitur in ipsis». — Hurtadus vero, *disp. 10, diff. 10, num. 48*, loquitur de tactibus libidinosi inter sponsos de futuro, quos dicit esse mortales, «quamvis tantum fiant ob voluptatem in ipsis repertam». — Mazzotta,

*tr. 7, disp. 2, qu. 2, cap. 2, v. Quaeres 1*, adhaeret doctrinae Martini Perez.

<sup>g)</sup> Roncaglia, *loc. cit., qu. 6, resp. 1*, actus istos admittit solum ad benevolentiae demonstrationem, modo non sint pressi nec per aliquod tempus protracti.

<sup>h)</sup> De Lessio vide quae jam notavi supra nota *c*; hic addo Lessium *n. 58 et 59, i. f.*, sponsis concedere eam delectationem «quae praecise ex osculo et contactu manus vel faciei percipitur». — Toletus autem, *lib. 5, cap. 14*, dicit: «Oscula, tactus, amplexus ob carnalem delectationem sunt etiam peccata mortalia, quamvis homo non intendat copulam, sed solum delectationem carnalem ex his insurgentem... Licerent tamen ista inter sponsos, dummodo non esset periculum probabile pollutionis». Hinc non satis recte citatur a Lessio. — Cajetanus vero, *in 2am Dae, qu. 154, art. 4, ad 3*, venialia esse ait oscula, amplexus, etc., propter delectationem, inter sponsos de futuro.

<sup>i)</sup> Bonacina et Salmant. revera non dissentiunt a Sanchez et Lessio. Auctores enim

Dissolvuntur per matrimonium cum alia.

Per mutuum consensum.

855. - «Resp. 1<sup>o</sup>. Dissolvuntur sequentibus casibus:

«I<sup>o</sup>. Per *matrimonium validum cum alia* initum. Bonacina <sup>1</sup>». — [An autem, mortuo conjugue, obligent? Vide infra, *n. 875, v. Dubium*].

«II<sup>o</sup>. Per *mutuum consensum*; sicut quivis contractus. — Laymann <sup>2</sup>».

<sup>1</sup> De Matr., qu. 1, punct. 7, n. 1. — <sup>2</sup> Lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 2, n. 1. — <sup>3</sup> De Matr., qu. 2, art. 1, n. 1. — <sup>4</sup> De Matr., n. 208. — <sup>5</sup> Tr. 28, disp. 1, punct. 17, n. 2 et seqq. — *Coninck*, disp. 23, dub. 1. — *Gutierr.*, de Matr.,

isti, *loc. cit.*; et Lessius, *lib. 4, cap. 3, n. 120*, mortalem esse ajunt delectationem sensus, non vero voluntatis. — Laymann autem mortalem esse ait sensitivam delectationem; de rationali vero, quamvis speculative loquendo non sit mortalis, «tamen in praxi, ait, vix locum habent, sed ferme praesumendum est cum ejusmodi voluntariis oblectationibus mortale peccatum concurrere». — Et ipsi Salmant., *tr. 20, cap. 13, n. 58*: «Nota tamen, inquit, consulendas esse... sponsas, ut abstineant a

Inter *puberes*, per mutuum consensum solvuntur sponsalia, etiam juramento firmata, non solum valide, sed etiam licite, si adsit rationabilis causa: nam alias esset saltem veniale <sup>a)</sup>. Ita communiter Viva <sup>3</sup>, Holzmann <sup>4</sup>; Palaus <sup>5</sup> cum Coninck et Gutierrez; Sanchez <sup>6</sup> cum Navarro, Henriquez et Lopez; Pontius <sup>b)</sup> cum Molina <sup>b)</sup>

cap. 24, n. 1. — <sup>6</sup> De Matr., lib. 1, disp. 52, n. 2 et 6. — *Navarr.*, Man., cap. 22, n. 25. — *Henric.*, lib. 11, cap. 14, n. 6. — *Ludov. Lopez*, Instruct. nov., part. 2, cap. 38, de Matrim., v. *Secus autem esset*.

delectatione copulae... futurae, et in his pedetentim gradientur, quia facilis est transitus a delectatione immateriali et licita ad veneream et illicitam; ob idque debent in confessione de his delectationibus, ob periculum turpitudinis se accusare».

855. - <sup>a)</sup> Palaus, Coninck, Gutierrez et Sanchez, praetermittunt necessitatem rationabilis causae.

<sup>b)</sup> Pontius, *lib. 12, cap. 9, n. 1 et 2*, non loquitur de licitate, nec citat Molinam pro

## DUBIUM III.

## Quomodo dissolvantur Sponsalia.

855. *Solvuntur sponsalia*: I. Per matrimonium cum alia. (Vide etiam de hoc. n. 875). II. Per mutuum consensum inter puberes. Quid, si sponsalia fuerint jurata. — 856. Quomodo autem solvantur inter impuberes. Quid, si ipsi juramento promiserint nuptias. — 857. III. Per impedimentum dirimens superveniens. Dub. 1. An tunc sponsalia dirimantur etiam ex parte nocentis. — 858. Dub. 2. An nocens teneatur petere dispensationem. — 859. Dub. 3. An contractis sponsalibus cum impedimento sub conditione dispensationis, ea obtenta, per se valeant. — 860. IV. Per crimen alterius. — 861. An solvantur sponsalia per fornicationem alterutrius sponsi. Dub. 1. Quid, si sponsa fuerit per vim oppressa. — 862. Dub. 2. Quid, si uterque sponsus fornicetur. — 863. V. Per mutationem notabilem, nempe 1. Si timeantur odia, etc. 2. Si superveniat defectus noxius. 3. Si superveniat paupertas. — 864. An liceat contrahere cum defectu occulto pernicioso. — 865. An, cum defectu non pernicioso. Et quid, si sponsa interogetur an sit virgo. — 866. VI. Per discessum alterius in longinquum. — Quid, si in propinquum, animo redeundi. — 867. VII. Per lapsum temporis praefixi. Dub. 1. Quid, si dubium sit an terminus fuerit assignatus ad finiendam obligationem. — 868. Dub. 2. Quid, si aliter fuerit juste impeditus. Dub. 3. An, elapso termino, etiam pars nocens liberetur. — 869. VIII. Per susceptionem ordinis sacri et ingressum in religionem. — IX. Per votum castitatis. — 870. *Distinctius de his agitur*. — Et 1<sup>o</sup>. De professione religiosa. Dub. 1. An per ingressum in religionem solvantur sponsalia ante professionem. Dub. 2. An, si sponsalia fuerint jurata, teneatur sponsus ante ingressum nuptias intrare. — 871. 2<sup>o</sup>. De susceptione ordinum. Dub. 1. An peccet sponsus suscipiens ordines sacros invita sponsa. — 872. Dub. 2. An per susceptionem ordinum minorum solvantur sponsalia. — 873. 3<sup>o</sup>. De voto ingrediendi religionem, suscipiendi ordines sacros aut servandae castitatis. Dub. 1. An per votum castitatis aut suscipiendi ordines sacros solvantur sponsalia etiam ex parte voventis. — 874. Dub. 2. Quid, si sponsus post votum copulam extorsit. — 875. X. *Rursus agitur de solutione sponsalium per matrimonium validum cum alia; et quaeritur an per illud solvantur sponsalia, etiam mortuo conjugue*. — 876. XI. An, per haereditatem novam supervenientem. Et quid, si offeratur conjugium notabiliter melius. — 877. An dissensus parentum sit causa solvendi sponsalia. — 878. Dub. 1. An, ad solvenda sponsalia, semper requiratur auctoritas judicis. — Dub. 2. Quae probatio sufficiat in foro externo, et quae in interno.

Inter puberes.